poraliter reliquit/ vt verba que re-
cedēs diceret in corde audientiū ar
tius impressa remanerēt. Increpa
ta igit̄ eorū duricia : q̄d ammonēdo
dicat audiamus. Euntes in mundū
vniuersum p̄dicate euāgeliū omni
creature. ℟. Viri galilei q̄d admirami-
3 ni aspiciētes in celū all'a. Quēadmodū vi-
distis eū ascendentē in celū ita veniet all'a
all'a all'a. ℣. Cumq; intuerentur in celū eun
tem illū ecce duo viri astiterūt iuxta illos
in vestibus albis: qui ⁊ dixerūt. Quēadmo
dum. Gloria. All'a. ℣. Ascendo ad patrem
meum: et patrem vestrū. ℟. Deum meū
et deum vestrū all'a. ¶ In laudibus. ā.
Viri galilei quid aspicitis i celū: hic iesus
1 qui assumptus est a vobis in celū sic veniet
2 all'a. ps. Dñs reg. ā. Cūq; intuerētur
in celū euntē illū: dixerūt all'a. ps. Jubila
3 te. ān. Eleuatis manibus ferebatur in ce
lum et benedixit eis all'a. ps. Deus deus
4 meus. ān. Exaltate regem regū et hym-
5 num dicite deo all'a. ps. Bened. ān. Vi-
dentibus illis eleuatus est / et nubes susce-
pit eū in celo all'a. ps. Laudate. Cap̄z.
Primū quidē sermonē. Hymnus.

Tu x̄pe nostrū gaudium ma-
nēs olympo p̄ditū : mūdi re
gis q̄ fabricā mūdana vicēs gaudia
Hinc te precantes quesumus igno
sce culpis omnibus: ⁊ corda sursum
subleua ad te superna gratia.
Ut cum rubēte ceperis/ clarere nu
be iudicis: ⁊ penas repellas debitas
reddas coronas perditas.
Tu esto nostrū. Glia tibi dñe qui
scandis. ℣. Ascendit deus in iubilatione.
℟. Et dñs in voce tube all'a. ā. Ascēdo ad
patrē meū et patrē vestrū deū meū et deū
vestrū all'a. ps. Benedictus. Oratio.

Concede quesumus omnipo-
tēs deus: vt qui hodierna die
vnigenitū tuū redēptorē nostrū ad
celos ascēdisse credimus: ipsi quoq;
mēte in celestibus habitemus. Per
eundem. ¶ Ad. i. ān. Viri galilei. ps.
De⁹ in noie. ā. Gratias tibi. ps. Qui
cūq; vult. ℟. Jesu christe. cū All'a. ℣.
Qui sedes. ¶ Ad. iij. ān. Cūq; intueren
tur. ps. Legē pone. cp̄z. Primū q̄dē.
℟ m. Eleuata est magnificētia tua. All'a
all'a. ℣. Super celos de⁊ All'a all'a. Glia. Ele
uata. ℣. Ascēdit de⁊ in iubilatione. ¶ Ad
vj. ā. Eleuatis manib⁊. p. Defecit. cp̄z.

Conuescēs p̄cepit eis ab hie- Actuū
rosolimis ne discederent: sed .2.
expectarēt promissionē patris: quā
audistis inquit per os meū. ℟. Ascē
dit deus in iubilatiōe. All'a all'a. ℣. Et dñs
in voce tube. All'a. ℣. Ascendēs christus in
altū. ¶ Ad. ix. āña. Videtibus illis. ps.
Mirabilia. Capitulum. Actuum. j.

Iohānes quidē baptizauit a-
qua : vos autē baptizabimini
spū sctō/ nō post multos hos dies. ℟.
Ascēdēs x̄ps i altū all'a all'a. ℣. Captiuā du
xit captiuitatē all'a all'a. Gloria. Ascendēs
x̄ps. ℣. Ascendo ad patrē meum. Et hoc
modo dñr hore p totā oct. qñ de ascē
sione agit̄ nisi in dñica. Ad vesp̄as. ā
Viri galilei. ps. Dixit dñs. Cōfitebor.
Btūs vir. Laudate pueri. In exitu
israel. Hi predicti p̄s. cū predicta ān.
dñr singulis diebus per oct. quādo
de octa. fit seruitiū. Cp̄z. Primum
quidē. ℟. Ite in orbem vniuersum et pre
dicate dicentes alleluya. Qui crediderit et
baptizatus fuerit saluus erit. Alleluya al
leluya alleluya. ℣. Paraclitus aūt spiritus
sctūs quē mittet pater i noie meo: ille vos

docebit oĩa/et suggeret oĩa quecũq; dixero
vobis. Qui credi. Gloria. Alla. hy⁹. Eter
ne rex altis. V. Ascendẽs xp̃s in altũ. R.
Captiuã duxit capti. añ. O rex glorie dñe
virtutũ: qui triũphator hodie super oẽs
celos ascẽdisti/ ne derelinquas nos orpha=
nos sed mitte p̄missum p̃ris in nos spiritũ
veritatis alla. ps. Mag. or. Cõcede q̃s
Ofer. vj in cra. ascẽ. dñi: et quotid.
p oct. inuit. et hy⁹. sicut in die ascen.
dñi dñr. Sup ps. ã. Exaltare dñe in
virtute tua: cãtabim⁹ et psallem⁹ alla. ps.
Dñe in virtute. ã. Exaltabo te dñe quo
niã suscepisti me alla. ps. Ipsum. ã. Ascẽ
dit deus in iubilatiõe et dñs in voce tube al
leluya. ps. Oẽs gentes. v. Eleuata est.
Hac die incipiant act⁹ aploꝝ: ⁊ legã
tur quotidie p oct. nisi in dñica ⁊ in
oct. die qñ de ascen. legit. Lectio. j.
PRimũ quidẽ sermonẽ feci
de oibus o thiophile: q̃ ce=
pit iesus facere et docere vs
q; in diẽ qua p̄cipiens apostolis per
spiritũ sanctum quos elegit assum=
ptus est Quibus ⁊ prebuit se ipsum
viuũ post passionẽ suã in multis ar=
gumẽtis per dies quadraginta ap=
parẽs eis et loquẽs de regno dei. R.
1 Si enim nõ abiero: paraclit⁹ non veniet ad
vos/ si autẽ abiero mittã vobis eũ cũ autẽ
venerit ille docebit vos. Oẽm veritatẽ alle
luya. V. Nõ enim loquetur a semetipso: sed
quecunq; audiet loquetur/ et que ventura
sunt annũciabit vobis. Oẽm. Lectio. ij.
AT conuescens precepit eis ab
hierosolimis ne discederent:
sed expectarent promissionẽ patris
quam audistis inquit per os meum
Quia iohannes quidem baptizauit
aqua vos autẽ baptizabimini spiri=
tu sancto non post multos hos dies
R. Ascendẽs christus in altũ alleluya ca= 2
ptiuã duxit captiuitatẽ. Dedit dona homi
nibus alla alla. V. Ascendit deus in iubila
tione: et dñs in voce tube. Dedit. Lec. iij.
IGitur qui conuenerãt inter=
rogabãt eũ dicentes. Dñe si
in tẽpore hoc restitues regnũ israel
Dixit aũt eis. Non est vestrũ nosse
tẽpora vel momenta q̃ pater posuit
in sua potestate. sed accipietis virtu
tem superuenientis spiritussancti in
vos. R. Nõ relinquã vos orphanos alla: 3
vado et venio ad vos. Et gaudebit cor ve=
strũ Alla alla. V. pacẽ meã do vobis: pa=
cem relinquo vobis. Et Gloria. Alla. V.
Ascẽdo ad patrẽ meũ. Iste V. dr quoti
die ante lau. per oct. ⁊ in octa. qñ de
ascẽ. agit. In lau. quotidie p oct. di
cat hec sola. ã. Viri galilei. ps. Dñs re=
gna. Cpm. Primũ quidẽ. et alia cp.
hy⁹. et V. sicut in die ascẽ. dñi quoti
die dicat p octa. nisi in do. ã. Euntes
in mundũ vniuersum predicate euãgeliũ
omni creature alla: qui crediderit et bapti
zatus fuerit saluus erit alla: qui vero non
crediderit condẽnabitur alla. ps. Bñd⁹.
Or. Concede q̃s. Nulla die p oct.
fiat mẽo. de cruce: nec de sctã maria
neq; de oibus sctis: q̃a cho. regitur
Si aliqd fest. sine regie chori infra
octa. ptige. nihil fiat de fest. nisi tm̃
mẽo. ad ves. et ad mat. de die: et ad
mis. sifr. Nõ si fes. cũ regie. cho. in=
fra oct. ptige. totũ ser. fiat de festo
et mẽo. de ascẽ. etiã in do. ⁊ tũc nihil
de do. fiat preter mẽo. tm̃: q̃ p̄cedet
mẽo. de ascen. nisi in oct. die: tũc eñ
totũ fiat seruí de oct. et fes. differat
in crast. nisi in cra. sequat aliqd aliud

fes. cũ regi. cho. tũc em̃ primũ fes. nõ
differ. sed i illo anno oĩno pretermit
taᵗ: nisi dupl. fes. fuerit: tũc em̃ to=
tũ fiat de fes. et de oct. tm̃ mẽo. Qñ
do fit serui. de aliquo scõ infra oct.
extra dñicã nihilominus seruet or=
do. ã. ꝛ. ℞. de. vj. fe. ꝛ de sab. in fer.
seqñtib⁹: ita ꝙ in. ij. fe. dñr. ã. et ℞.
de. vj. fe, si vaca. deinde in ordinẽ Ad
ves. ã Dixit dñs. Cã Primũ quidẽ.
Hy⁹. Eterne rex altis. ℣. Ascendens
xp̃s. ã Rogabo patrẽ meũ et aliũ paracli-
tum dabit vobis alla. ps. Magnificat.
Oro vt s. hoc eodẽ modo dicãᵗ ves.
quotidie per oct. nisi in do. ad. ij. vs.
ita tñ ꝙ ãe. sup Magni. variãtur.
¶ Sab. ad mat. ãn Nimis exaltatus
es alla: sup celos deus alla. ps. Dñs reg.
exul. ã Dñs in syon alla: magnᵘˢ et excel-
sus alla. ps Dñs reg. iras. ãn Dñs in ce
lo alla: parauit sedẽ suã alla. ps Benedic.
i. ℣. Eleuata est magnificen. Lectio. j.

Eritis mihi testes i hieru
salẽ: et in omni iudea et sa-
maria et vsqꝫ ad vltimũ ter
re. Et cum hoc dixisset videntibus
illis eleuatus est: et nubes suscepit
eũ ab oculis eorũ. ℞. Exaltare dñe 1
alla. In virtute tua alla. ℣. Cantabimus
et psallemus. In virtute. Lectio scda.
Cumqꝫ intuerentur in celum euntẽ
illum: ecce duo viri astiterunt iuxta
illos in vestibus albis qui et dixerũt
Viri galilei quid statis aspicientes
in celum. ℞. Ponis nubem ascensum tu 2
um domine. Qui ambulas super pennas
ventorum alleluya. ℣ Qui facis angelos
tuos spiritus: et ministros tuos ignẽ vren
tem. Qui ambulas. Lectio tertia.
Hic iesus qui assumptus est in celũ
sic veniet: quẽadmodũ vidistis eum
euntẽ in celũ: tunc reuersi sunt hie=
rosolymã a monte qui dicitur oliue
ti: sabbati habens iter. ℞. Non cõtur 3
betur. reqre in vigi. ascẽ. do. ad ves.
ã. Nisi ego abiero paraclytus nõ veniet ad
vos: dũ assũptus fuero mittã eũ vobis alla
ps. Bñd⁹. oro vt s. Si aliqd fes. cũ re
gi. cho. in hoc sab. ꝯtig. ij. ves. erũt de
fes. et mẽo. tm̃ de oct. et nihil de do.

¶ Dñica infra octa. ascen. de. s. iohãne de beuerlaco: oĩa de cõi. ℞. a duob⁹ A
canteᵗur. Ad pri. ves. fiat mẽo. de aplo et de ascẽ. nulla me. de do. neqꝫ pro
ces. ad matu. fiat mẽo. de do. et de ascen. missa do. dr in cap. cũ Alla regna=
bit. Fe. 6. de. s. maria. ¶ Do. infra octa. ascen. de do. Ad pri. ves. nulla me. A
de do. neqꝫ proces. ¶ Do. infra octa. ascẽ. de do. Ad pri. ves. nulla mẽo. neqꝫ B
proces. Fe. 5. de octa. ascen. ad pri. ves. et ad matuti. fiat mẽo. de. s. vrbano:
et nihil de. s. aldelmo in hoc anno. 2. ves. erũt de. s. augustino et solen. me.
de octa. ¶ Do. infra octa. ascen. de do. Ad pri. ves. que erunt de. s. aldelmo A 4
fiat mẽo. de. s. germano: et de ascen. nulla mẽo. de do. neqꝫ proces. ad mat.
fiat mẽo. de sctõ ꝛ de ascen. Ad. 2. ves. de do. fiat me. de ascen. Fe. 5. de ascẽ.
et mẽo. de sctõ. Fe. 6. de. s. maria: et mẽo. de marty. ¶ Do. infra octa. ascẽ. A 5
de do. Ad pri. ves. nulla mẽo. neqꝫ proces. ad matu. mẽo. de ascen. ad. 2. ves.
mẽo. de sctis; et de ascen. Fe. 5. de octa. et mẽo. de cõfes. 2. ves. erunt de oct.
et mẽo. de. s. edmũdo ꝛ de marty. Fe. 6. de. s. edmundo: et mẽo. de marty.
cum ãn. Lux perpetua minor. ¶ Do. infra octa. ascen. de do. Ad pri. ves. B

1. B que erũt de .s. iohanne fiat mẽo. de ascen. et nihil de do. neq₃ proces. ¶ Do.
infra octa. ascẽ. de do. Ad pri. ves. nulla fiat me. neq₃ proces. ad matu. Ad
2. ves. fiat mẽo. de ascen. Fe. 5. de octa. ascen. et mẽo. de .s. potentiana fes. s.
3. B dunstani differat in crasti. 2. ves. erũt de octa. et mẽo. de .s. dũstano ¶ Do.
infra octa. ascen. de do. nulla mẽo. neq₃ procel. ad matu. et in. 2. vespe. fiat
mẽo. de ascen. Fe. 5. de .s. augu. et mẽo. de octa. solenniter. Ad. 2. ves. solẽ.
4. B me. de ascẽ. ⁊ de .s. maria: cũ. ã. Sub tuã. cũ pleno serui. in crasti. ¶ Do. in-
fra octa. ascẽ. de do. Ad pri. ves. nulla me. neq₃ proces. Fe. 5. de octa. et me.
de marty. 2. ves. erunt de octa. et mẽo. de .s. maria cũ. ã. Sub tuam. cũ ple
5. B no serui. in crasti. ¶ Do. infra octa. ascen. de do. Ad pri. ves. mẽo. de mart.
sed nulla mẽo. de ascen. neq₃ proces. ad matu. me. de festo: et de ascen. Fe.
5. de octa. et me. de marty. tantũ: et fes. s. edmundi differat in crasti. Sab.
1. C de vigilia: et nihil de apostolo eo anno. ¶ Do. infra octa. ascen. de do. Ad
pri. ves. que erũt de apostolis fiat me. de ascen. et nihil de do. neq₃ processio
Fe. 5. de octa. ad. 2. ves. me. de .s. maria cũ. ã. Sub tuam. cum pleno serui.
2. C in crasti. ¶ Do. infra octa ascen. de do. Ad pri. ves. nulla mẽo. neq₃ proces.
ad matu. fiat me. de ascen. Fe. 4. de .s. dunstano: et me. de .s. potentiana: et
de ascen. 2. ves. erunt de octa. et mẽo. de festo. Ad. 2. ves. me. de sctã maria
3. C tum. ã. Sub tuam. cum pleno serui. in crastino. ¶ Do. infra octa. ascẽ. de
do. Ad pri. ves. nulla mẽo. de do. neq₃ proces. Fe. 4. de .s. augu. et solẽ. me.
4. C de oct. Fe. 5. de oct. ⁊ ad. 2. ves. mẽo. de .s. maria cũ. ã. Sub tuam. ¶ Do. in
fra octa. ascen. de do. ad pri. ves. nulla me. neq₃ proces. Fe. 6. de sctã maria.
5. C ¶ Do. infra octa. ascen. de do. ad pri. ves. nulla me. neq₃ proces. Fe. 4. de .s.
edmundo: et mẽo. de marty. et de octa. 2. ves. erũt de octa. et me. de .s. ed-
1. D mundo. Fe. 5. de octa. 2. ves. erũt de apl'o. Fe. 6. de apl'o. ¶ Do. infra octa.
ascen. de cruce: et solen. me. de marty. de ascen. ⁊ proces. ad matu. solẽ. me-
mo. de marty. de do. et de ascen. Missa do. dicitur in cap. Ad. 2. vespe. que
erũt de cruce solẽ. me. de do. et de ascen. Fe. 5. de octa. pri: ves. erũt de octa.
et mẽo. de apostolo. Ad. 2. ves. que erunt de octa. me. de .s. iohãne de bever
2. D laco cũ pleno serui. in crasti. oĩa de cõi vnius confessoris ¶ Do. infra octa.
ascen. de do. ad pri. ves. me. de marty. tantũ: et nulla proces. ad matu. me.
de sctis et de ascen. Fe. 5. de octa. 2. ves. erũt de octa. et mẽo. de .s. maria cũ
3. D ãt. Sub tuam. ¶ Do. infra octa. ascẽ. de do. ad pri. ves. nulla me. neq₃ pro
4. D ces. ad matu. mẽo. de ascen. ¶ Do. infra octa. ascen. de do. ad matu. me. de
ascen. 2. ves. erũt de .s. aldelmo: et me. de sctis de do. et de ascẽ. Fe. 3. de .s.
augustino. ad pri. ves. me. de .s. aldelmo cũ. ã. Lux perpetua. maior. et de
5. D oct. Fe. 6. de .s. maria. ¶ Do. infra octa. ascen. de do. ad pri. ves. mẽo. de .s.
petronilla tantũ et nulla proces. ad matu. me. de virgine et de ascen. Fe. 6.
1. E de .s. maria. ¶ Do. infra. octa. ascen. de do. Ad pri. ves. que erunt de cruce
me. de ascen. tantũ et. ã. et ℟. de sabba. hoc anno pretermittant. Fe. 2. de

octa.ā.et.℟.de.6.fe.Fe.6.de.s.maria. ¶ Do.infra octa.ascen.de do.Ad C.2
pri.ves.nulla me.neqꝫ proces.ad matu.me.de ascē. Ad.2.ves.me.de mar.
et de ascē. ¶ Do.infra oc.ascē.de do.ad pri.ves.nulla me.neqꝫ ꝓces.2.ves. C.3
erūt de.s.dūstano:et me de virgi.⁊ de do.et de ascē.Fe.6.de.s.ma. ¶ Do.
infra oc.ascē.de.s.aldelmo:ad pri.ves.me.de.s.vrbano et de ascē.nulla ꝓ= C.4
ces.ad mat.me.de sctō/de do.et de ascē.Mis.do.in cp̄.vz ad altā mis.me.
de sctō et de ascē.tantū.ad.2.ves.q̄ erūt de.s.augu.me.de.s.aldelmo cū.ā
Lux perpetua maior.de do.et de ascē.Fe.6.de.s.maria. Sab.de vigi.℟
Tēpus.Ego roga⁊ et Si enī. ¶ Do.infra octa.ascē.de do.ad pri.ves.me. C.5
de sctō tm̄:sed nulla ꝓces.ad mat.me.de sctō et de ascē.Fe.6.de.s.maria.
¶ Do.infra octa.ascē.de do.ad pri.ves.nulla me.neqꝫ ꝓces.ad mat.me.de D.1
ascē.2.ves.erūt de aplo:me.de do.et de ascen.Fe.2.et.3.de sctis:et me.de
octa.Fe.4.ā.⁊ ℟.de sab. ¶ Do.infra octa.ascē.ad pri.ves.me.de mar.tā D.2
tū et nulla ꝓces.ad mat.me.de mar.⁊ de ascē.Fe.6.de.s.maria. ¶ Do.in D.3
fra octa.ascē.de.s.dūstano:ad pri.ves.mēo.de.s.potētiana.et de ascen.et
nulla ꝓces.3.℟.a duobus cātet ad matu.me.de.s.potentiana:de do.et de
ascen.Missa do.vz in cp̄.ad altā mis.me.de.s.potētiana:⁊ de ascen.Sab.
de vigil.℟.Tēpus.Ego rogabo et Si enim nihil de.s.aldelmo.et fes.s.
augustini diffe.vsqꝫ ad.3.fe.post fes.s.trinita. ¶ Do.infra octa.ascē.de.s.
augusti.ad pri.ves.me.de.s.aldelmo.ā. Lux perpetua maior.et de ascē. D.4
tm̄ et nulla ꝓces.ad matu.solē.me.de do.et de ascē.Missa do.vz in cp̄.ad
altā mis.me.de ascē.et de oibus sctis tm̄. Ad.2.ves.me.de do.⁊ de ascen.
Fe.2.de serui.oct.ā.et ℟.de.6.fe.Fe.6.de.s.maria:et me.de virgi.Sab.
de vigi.℟.Tēpus.Ego rogabo et Si enim ¶ Do.infra oct.ascē.de do.
ad pri.ves.nulla mēo.neqꝫ ꝓces.ad mat.me de ascē.Fe.6.de.s.ma. ¶ Do. D.5
infra octa.ascē.de aplo.et me.de ascē.nulla ꝓces.ad matu.me.de do.⁊ de E.1
ascē.Mis.do.vz in cp̄.ad altā mis.me.de ascē.⁊ de oibus sctis.2.ves.erūt
de.s.iohāne epo et cōfes.oia de cōi:et me.de aplo:de do.et de ascē.Fe.2.de
sctō iohāne de beuerlaco:oia de cōi.Fe.3.de serui.oct.ā.et ℟.de.6.fe.Fe.
6.de.s.ma.Sab.de vigil.℟.Tēpus. ¶ Do.infra octa.ascē.de do.ad pri. E.2
ves.nulla me.neqꝫ ꝓces.ad matu.me.de ascē.Fe.6.de.s.maria. ¶ Do.in= E.3
fra octa.ascē.de do.ad pri.ves.que erūt de fes.fiat me.de ascē.et nulla me.
de do.neqꝫ ꝓces.Fe.2.de serui.oct.āe ⁊ ℟.de.6.fe.Fe.5.de oct.Ad.2.ves.
que erūt de octa.me.de.s.aldelmo:⁊ de.s.vrbano:cū pleno serui.incrasti.
fes.s.augustini differat vsqꝫ ad.3.fe.post fes.trini. ¶ Do.infra octa.ascē.
de do.ad pri.ves.que erūt de.s.augustino:mēo.de ascen.solēniter:sed nul E.4
la me.de do.neqꝫ proces.ad matu.me.de ascen.Fe.5.de octa.2.ves.erūt de
octa.et me.de.s.maria cum an.Sub tuam ⁊ de marty. ¶ Do.infra octa. E.5
ascen.de do.Ad pri.ves.nulla mēo.neqꝫ proces.Fe.5.de octa.et ad.2.ves.
de oct.fiat mēo.de sctā maria.cum.ā.Sub tuam.cū pleno serui.incrasti.

Dñica infra oct. ascē. dñi. Ad primas ves. totū fiat ser. de ascē. et nihil de do. nec etiā me. Sup ps. an. Viri galilei. ps. Dixit dñs. Cpm. Primū qui. Hy⁹. Eterne rex. V. Ascēdēs christus in altū. a. Dñs quidē iesus postq̄ locutus est eis ascēdit in celū y sedet a dextris dei alla. ps. Mag. oro. Cōcede qs. Ad mat. inui. hy⁹ ae. ps. et v. sicut in die ascē. dñi. Euāge. Scdm ioha. xv

In illo tpe Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclit⁹ quē ego mittā vobis a pře spūm veritatis q̄ a patre pcedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et rel. Omelia venerabilis bede pbri. Lectio. j.

Notandū in primis q̄ dñs spiritū veritatis et a se mittēdū esse testat et eundē mox a patre pcedere subiungit. Nō quia idē spūs aliter procedit a patre q̄ cum a filio mittitur: aut alio tēpore a patre pcedit q̄ cū a filio mittit. Sed ideo filius eū a se mitti et a patre procedere dicit: vt aliā patris/ aliā esse suā personā designet: ac in eadē distinctione personarū vnā esse operationē ac volūtatem suā cū patris volūtate et operatione denūciet. R. Tēpus est vt reuertar ad eū qui me misit dicit dñs nolite contristari nec cōturbet cor vestrū. Rogo pro vobis patrē vt ipse vos custodiat Alleluya alla. V. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Rogo pro vo. Lectio scda

Cum enim eiusdē spūs scti gratia datur hoībus: mittit profecto spūs a patre/ mittitur et a filio procedit a patre / procedit et a filio quia et eius missio ipsa processio est qua a patre procedit et a filio Uenit et sua spōte: qa sicut coequalis est patri et filio: ita eandē habet volūtatem cum patre et filio cōmunē. Spiritus enim vbi vult spirat Et sicut apostolus/ numeratis donis celestib⁹/ ait. Hec autē oīa operatur vn⁹ atq̄ idē spūs: diuidens singulis pro vt vult. R. Ego rogabo patrem et aliū paraclitū dabit vobis vt maneat vobiscū in eternū. Spiritū veritatis alla. V. Si enī nō abiero paraclit⁹ nō veniet ad vos: si aūt abiero mittā vobis eū. Spiritū. Lectio. iij.

Adueniēs aūt spiritus testimoniū perhibuit de dño/ qa discipulor cordibus aspirās omnia que de illo erāt scienda mortalibus clara illis luce reuelauit: q̄ videlicet equalis et cōsubstātialis erat patri ante secula cōsubstātialis factus est nobis in fine seculorū q̄ de virgine sine peccato natus vixit in mūdo quando voluit moriēdo trāsiuit de mundo q̄ vere passus est et mortuus q̄ verā carnem in qua passus est ad celos ascendēdo leuauit: et in paterna glorie dextera collocauit. R. Viri galilei. V. Ascendo ad patrē meum. In lau. hec sola aña. Viri galilei. ps. Dñs regnauit. Capm. j. Petri. iiij.

Estote prudētes et vigilate in orationibus: ante oīa autē mutuā in vobismetipsis caritatē continuā habētes: qa caritas operit multitudinē peccatorū. Hy⁹. Tu christe. V. Ascendit deus in iubilatione. a. Cū venerit paraclitus quē ego mittā vobis spiritū veritatis qui a patre pcedit ille testimoniū phibebit de me. alla. ps. Bñd⁹. or.

Omnipotēs sempiterne deus: fac nos tibi semp et deuotam

gere voluntatē: et maiestati tue sin
cero corde seruire. Per dñm. Mē̄o.
de ascen. añ. Ascendo ad patrē. ỽ. Ascē=
dēs christus in altū. Orō. Cōcede que=
sumus. ¶ Ad primā añ. Viri galilei. p̄
Deus in nomine. ā. Te iure. p̄. Qui=
cunqꝫ vult. Ad. iij. et ad alias horē. ā.
R. et ỽ. sicut in die ascen. dñi dicunt
cum hac orone. Omnipotēs sempi=
terne deus. ¶ Ad. iij. Cp̄m. Estote
pruden. ¶ Ad sextā cp̄m. j. petri. iiij.
c Estote hospitales inuicem si=
ne murmuratione vnusquisqꝫ
enim sicut accepit gratiam in alteru
trum illam administrantes sicut bo
ni dispēsatores multiformis gratie
dei. Ad nonam Cap̄m. j. petri. iiij.
c Si quis ministrat tāq̄ ex vir
tute quā administrat deus/
vt in omnibꝰ honorificetur deus per
iesum christū dñm nostrū. Ad ves. ā
Viri galilei. p̄. Dixit dñs. cp̄m. Esto=
te prudētes. hꝰ. Eterne rex. ỽ. Ascen
deus christus in altum. ā. Hec locutus sum
vobis vt cū venerit hora eorum reminisca
mini quia ego dixi vobis alla. p̄. Magni.
orō. Omnipotens sem. de. Mē̄o. de
ascen. ā. O rex glorie. ỽ. Ascēdit deus in
iubilō. Concede q̄s. Si fes. cū regi.
cho. in hac do. eue. totū fiat seruī. de
fes. et tūc in vigi. penthe. dicatur pri
mū R. Tempus est: ꝛc. R. que intitu=
lantur. ¶ Fe. ij. ad mat. inui. hyꝰ. āe
psi. ỽ. et R. sicut in precedē. fe. vj. li=
cet de festo alicuius sancti seruitiū
factū fuerit in preceð. sab. Lectio. j.
Et cū introissent in cenaculū
ascenderunt vbi manebāt pe=
trus et iohānes/iacobus ꝛ andreas
philippus ꝛ thomas bartholomeus
et matheus: iacobus alphei ꝛ symō
zelotes et iudas iacobi. Tu. lect. ij.
Hi oēs erant pseuerātes vnanimi
ter in oratiōe cū mulieribꝰ et maria
matre iesu et fratribꝰ eius. In die
bus illis exurgens petrus in medio
fratrū dixit. Erat autē turba homi
nū simul fere centū viginti. lect. iij.
Viri fratres: oportet impleri scri=
pturā quā predixit spiritus sanctus
per os dauid de iuda q̄ fuit dux eorū
qui cōprehenderūt iesum: qui cōnu
meratus erat in nobis ꝛ sortitus est
sortem ministerij huius. ā. Illi autem
profecti predicauerūt vbiqꝫ dño cooperan
te et sermonē cōfirmante sequētibꝫ signis
alla alla. p̄s. Bñdictꝰ. Ad ves. ā. Eun
tes in mundum. p̄s. Magni. ¶ Fe. iij.
inui. hyꝰ. āe. psi. ỽ. et R. sicut in pre
cedenti sabbato. Lectio prima.
Et hic quidē possedit agrū de
mercede iniquitatis: et suspē
sus crepuit medius: et diffusa sunt
omnia viscera eius. Lectio scda.
Oportet ergo ex his viris q̄ nobis=
cū sunt congregati in omni tpe quo
intrauit: et exiuit inter nos dñs ie=
sus incipiēs a baptismate iohannis
vsqꝫ ad diem qua assumptꝰ est a no
bis testem resurrectionis eius nobis
cum fieri vnum ex istis. Lectio. iij.
Et statuerūt duos: ioseph qui vo=
cabatur barsabas: qui cognomina=
tus est iustus ꝛ matthiā. Et orātes
dixerūt. Tu dñe qui corda nosti om
nium: ostende quem elegeris ex his
duobus vnū accipere locum ministe
rij huius et apostolatus de quo pre=
uaricatus est iudas vt abiret in lo=
cū suū. Et dederūt sortes eis: et ce=

cidit sors sup mathiā. Et annumeratus est cum undecim apostolis. ā. Rogabo patrem. ps. Benedictus. Ad ves. ān Nisi ego abiero. ps Magnifi. ¶ Fe. iiij. inuit. hy⁹. āe. pi. v. et R. sicut in. vi. fe. preced. Lectio prima

Dum compleretur dies penthecostes erāt oēs discipuli pariter in eodē loco. Et factus est repēte de celo sonus tāq̄ aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totā domū vbi erant sedētes Et apparuerunt illis dispertite lingue sicut ignis: seditq₃ supra singulos eorū spiritus sanctus. Lectio. ij.

Et repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui varijs linguis prout spūs sctūs dabat eloqui illis. Erāt aūt in hierusalē habitātes iudei viri religiosi: ex omni natiōe que sub celo est. Facta autē hac voce conuenit multitudo et mēte confusa est: quoniā audiebat vnusquisq₃ linguā suam illos loquētes. Lectio tertia.

Stupebant autem omnes et mirabantur adinuicem dicentes. Quid nam vult hoc esse? Alij autem irridebant dicentes q̄ musto pleni sunt Stans autem petrus leuauit vocē suam: et locutus est eis. Uiri iudei et qui habitatis in hierusalem hoc vobis notum sit et auribus percipite verba mea. Non enim sicut estimatis hi ebrij sunt cum sit hora diei tertia. ān. Illi autem profecti. ps. Benedictus. oro vts ¶ In octa. ascē. do. ad ves. super ps. ān. Nō vos relinquam. ps. Nisi dominus edi. et ceteri pi fe. cp. R. et cetera oia sicut in. i. die ad. i vesp. cū hac oro Concede quesumus.

Ad matu. inuit. et cetera oia sicut in i. die et legātur le. de expōe euange. Recūbentib⁹ similiter sicut in. i. die In laud. oēs āe dicant. Cetera oiā etiā ad ho. sicut in die cum ā. Trium. et oro Dñe sancte pater. Ad. ij. ves. oia fiāt sicut in die preter R. q̄d nō dicetur. Si aliquod fes. simp. cū regi. chori hac die ztige. differat vsq₃ in crasti. ves. tamē erūt de octa. et solē. mēo. de festo. ¶ Nō si fes. dup. in octa. die ztige. totū serui. fiat de fes. et solē. mēo. de octa. ad vtrasq₃ ves. et ad matut. et ad mis. hac die ad. ij. ves. que erūt de octa. propter aliqd fes. simplex fiat solē. mēo. de sctā maria cū pleno serui. in crasti. si a fes. cū regi. chori vacaue. ¶ Fe. vj. ad ves. super ps añ. Alla alla alla. p̄. Confitebor. ¶ h. hy⁹. et v. sicut in do. scilicet ad. ij. ves. ān. Hec locutus sum. ps. Mag. oro. do. vz mēo. de sctā maria ān. Paradisi porta. v. Sctā dei genitrix. or. Famulorū. vel oro. Oῑs sempiterne deus. mēo. de oibus sctis. aū. In celestibus. v. Vox letitie. oro. Infirmitatē. vel oro. Uide dñe. ¶ Sabba. in vigi. pēthe. inui Alla alla alla. p̄ Uen. hy⁹ Eterne rex. ā. Alla alla alla. p̄. Cātate. ij. p̄. Dñs re. ira. p̄. Mis et iub. v. Eleuata est. Sec₃ ioh. xiiij.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclytū dabit vobis vt maneat vobiscum in eternū Et rel. Omel. bene. bede pbri. lec. j.

Quia hodie sancti spiritus fratres carissimi celebramus aduentū: debemus et ipsi cōgruere solēnitati quā

colimus. Hoc enim ordine tāte festiui tatis hui⁹ digne gaudia celebrām⁹ si nos quoqꝫ dn̄o opitulante / aptos reddiderim⁹ ad quos spirit⁹ sctūs aduenire et in quibus habitare dignetur. Ea solūmodo ratione aduē tui ꝙ illustrationi scti spūs apti exsistim⁹: si et corda nostra diuino amore repleta ꝙ corpora sunt diuinis mā cipata preceptis. ℟. Nō cōturbetur. re quire in vig. ascē. dn̄i ad ves. vel ℟. Tēpus est. n̄ nō vr in do. pcedē. lc. ij.

VNde et in exordio lectionis huius euangelice discipulis veritas ait. Si diligitis me: manda ta mea seruate Et ego rogabo patrē et alium paraclytū dabit vobis. Paraclytus autē consolator interpretatur: ꝙ spiritus sanctus recte para clytus vocatur: quia corda fidelium ne inter huius seculi aduersa deficiant: celestis vite desiderijs subleuat ac reficit. ℟. Ego rogabo. reqre i do. infra octa. ascen. dn̄i. Lectio tertia.

SEd et nos fratres carissimi si christū perfecte diligimus ita vt eiusdē dilectionis veritatem mandatorum eius obseruatione probeamus: rogabit etiā pro nobis patrem: et alium paraclytum dabit nobis. Rogabit patrem per humilitatem qui dabit cū patre per diuinitatem. ℟. Non vos relinquā orphanos. reqre in crasti. ascē. ℣. Ascendo ad patrē. In lau. ā. Alla. alla. ps. Dn̄s regna. Cp̄m. actuū. xix.

FActum est cum appollo esset corinthi: et paulus peragratis superioribus partibus veniret ephesum: et inueniret quosdā discipulos: dixitqꝫ ad eos: si spiritum sanctum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eū: sed neqꝫ si spiritus sanctus est audiuimus. yy⁹. Tu christe ℣. Ascendit deus in iubi. ā. Si diligitis me mandata mea seruate alleluya alleluya alleluya. ps. Benedictus. Oratio.

PResta quesum⁹ omnipotens deus: vt claritatis tue super nos splendor effulgeat: et lux tue lucis corda eorū qui per gratiam tuā renati sunt sancti spirit⁹ illustratione confirmet. Per dn̄m. in vnitate eiusdem. Hec oro dicit ad oēs hor. Mēo. de sctā maria et de oibus sanctis sicut in vigil. ascen. dts. notatū est. Ad singulas hor. āe alleluyatice paschales sup ps dicant ℟. et ℣. de ascen. dicunt. Ad. iij. cp̄m. Factū est cū appollo. Ad. vi. Cp̄m. actuū. xix.

IOhānes baptizauit baptismo penitentie populum docēs in eum qui venturus est post ipsum vt crederēt: hoc est in iesum. Ad. ix. cp̄.

INgressus paulus in synagogas cum fiducia loquebat per tres menses disputans et suadens de regno dei. Omnes hore dicātur ante missam. Si in hac vigilia. aliquod festum euene. nihil fiat de fes. nec post nec ante: nisi duplex fes. fuerit: tūc enim differatur post festū sancte trini. et fiat ibi. ix. lc. vt de festis dup. inter cenā dn̄i ꝙ octa. pasche: cōtingentibus prenotatum est ibi. ꝛc. Acti. 16. B

¶ In die pēthecostes ꝙ per ebd. tota fiat de solē. fes. ꝙ nihil in hoc anno de sctō dūsta. ¶ In die pēthe. et p ebd. fiat serui. de fes. et nihil in hoc anno de sctō aldelmo. Fes. s. augu. differa. vsqꝫ in. 3. fe. post fes. s. trinit. ¶ In die pē A. 1 A. 2 A. 3

4. A the.et per ebdō.totū serui. de solē.fes.et nihil de sctis ibidē cōtingē: ¶ In
5. A die.pēthe.⁊ per ebdō.totū serui.de solē.fes.⁊ nihil de sctis ibidē ꝯtin. ¶ In
1. B die pēth.⁊ ꝑ ebdō.totū serui.de solē.fes.⁊ nihil de sctis ibidē ꝯtig. ¶ In die
2. B pēthe.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.dūsta.hoc anno. ¶ In die pēth.⁊ ꝑ
3. B ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.aldel.Fes.s.augusti.diffe.in.3.fe.post fes.s.tri
4. B ni. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdo.de solē.fes.et nihil de marc. ¶ In die pēth.et
5. B per ebdō.de solē.fes.et nihil de sctis ibidē cōtingē. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdo.
1. C de solē.fes.et nihil de sctis ibidē ꝯtig. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et
2. C nihil de sctis:⁊ fes.s.augu.diffe.vsqꝫ i.3.fe.post fes.s.trini. ¶ In die pēth.
3. C et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de fes.ibidē ꝯting. ¶ In die penth.⁊ ꝑ ebdō.de
4. C solē.fes.et nihil de sctis ibidē ꝯting. ¶ In die pēth.⁊ ꝑ ebdō.de solē.fes.et
5. C nihil de sctis ibidē ꝯting. ¶ In die pēth.⁊ ꝑ ebdō.de solē.fes.⁊ nihil de sctis
1. D ibidē ꝯting. ¶ In die pēth.et per ebdō.de solē.fes.et nihil de sctis ibidē cō
2. D ting. ¶ In die pēth.⁊ ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.dūstano. ¶ In die pē
3. D the.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.aldel.et fes.s.augu.diffe.vsqꝫ in.3.fe.
4. D post fes.s.trini. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdō.de solen.fes.et nihil de sctis ibidē
5. D ꝯtin. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de sctis ibidē ꝯting. ¶ In
1. E die pēth.et per ebdō.de solē.fes. ¶ In die pēth.et per ebdō.de solē.fes.et ni
2. E hil de.s.dūstano. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de sctis in hac
3. E ebdō.ꝯting.Fes.s.augu.diffe.vsqꝫ in.3.fe.post fes.s.trini. ¶ In die pēth.et
4. E per ebdō.de solē.fes.et nihil de sctis ibidē ꝯting. ¶ In die pēth.et per ebdō.
5. E de solē.fes.et nihil de sctis ibidē ꝯting. ¶ In die pēth.⁊ ꝑ ebdō.de solē.fes.
1. F et nihil de sctis. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.dunstano
2. F neqꝫ de.s.aldelmo. ¶ In die pēth.⁊ per ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.aldel
3. F mo.Fes.scti augusti.diffe.vsqꝫ in.3.fe.post fes.s.trini. ¶ In die pēth.⁊ ꝑ
4. F ebdō.de solē.fes.et nihil de sctis. ¶ In die pēth.et per ebdō.de solē.fes.et ni
5. F hil de sctis. ¶ In die pēth.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.dūsta.hoc āno
1. G ¶ In die pēth.et ꝑ ebdō.de solē.fes.et nihil de.s.aldelmo.et fes.s.augu.dif
2. G fe.vsqꝫ in.3.fe.post trini. ¶ In die pēth.⁊ ꝑ ebdō.de solē.fes.⁊ nihil de sctis
3. G ibidē contingen.et fes.s.augu.differatur vsqꝫ in.3.fe.post trinitatē. ¶ In
4. G die pēthe.et per ebdo.de solen.fes.et nihil de sctis ibidē cōtingē. ¶ In die
5. G penthe.et per ebdo.de solēnitate festi:et nihil de sctis ibidē cōtingentibꝰ.

¶ In vigi.penthe. Ad.i.ves.super pos fes.ā.Veni scte spūs reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignē accende.qui per diuersitatē linguarū multarū gentes in vnitate fidei cōgregasti alla alla all'a ꝑ.Benedictus Capitulū. Actu.ii.

A D Um cōplerentur dies pēthecostes erant oēs discipuli pariter in eodē loco. ℟. Loquebātur variis linguis apli alla. Magnalia dei Alla. ℣. Repleti sunt oēs spū scto et ceperūt loqui. Magnalia. Gloria. Alla. Hymnus.

IAm christꝰ astra ascēderat regressus vnde venerat:ꝓmisso p̄ris munere:sanctū daturꝰ spūm. Solennis vrgebat dies:quo mysti

co septemplici oꝛbis volutus septies signat beata tempoꝛa.

Dũ hoꝛa cunctis tertia repẽte mũdus intonat: oꝛantibus apostolis deum venisse nunciat.

De patris ergo lumine: decoꝛꝰ ignis almus est: quo fida chꝛisti pectoꝛa: caloꝛe verbi compleat.

Dudum sacrata pectoꝛa: tua replesti gratia: dimitte nunc peccamina: et da quieta tempoꝛa.

Sit laus patri cũ filio: sancto simul paraclyto nobisq́ꝫ mittat filius carisma sctĩ spiritus. Amen. Isti duo v̄. dĩr in fine oĩm hyĩn. per totã ebdo. nisi in hyĩn. Ueni creatoꝛ. V̄. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ. R̄. Et hoc qđ continet oĩa scientiam habet vocis alla. ã. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eũ faciemus alla ps. Mag. Oro. Pꝛesta q̃s oĩps deus. vt supꝛa ad matu. Ad cõpleto. ã. Alla alla alla alla. ps. Cum inuocarẽ. Cãm Tu in nobis. hyꝰ. Saluatoꝛ mundi v̄. Custodi nos. ãn. Alla. Spiritus paraclytꝰ alleluya: docebit vos omnia alleluya ps. Nunc dimittis. Ad matu. inuit. Alleluya spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum. Venite adoremus alleluya. ps. Uenite. hyꝰ. Jam chꝛistus astra. ãn. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis alleluya alleluya. ps Magnus dñs. ãn. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in hierusalem alla alla. ps. Exurgat. ãn. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre alla alla ps. Benedic. ij. v̄. Repleti sunt oĩs spiritu sancto. R̄. Et ceperunt loqui alleluya:

Lectiones legantur in cappis sericis. Secundum Johannem. xiiij.

IN illo tẽpoꝛe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit C me sermonẽ meũ seruabit: et pater meus diliget eum: et ad eum veniemꝰ / & mãsionẽ apud eũ faciemꝰ. Et reliqua. Omel. bti grego. ꝑpe. lc. j

Libet fratres charissimi euangelice verba lectionis sub bꝛeuitate trãscurrere: vt post diutius liceat in cõtemplatione tãte solẽnitatis immorari. Hodie nãq́ꝫ spiritus sanctus repentino sonitu sup discipulos venit: mentesq́ꝫ carnaliũ in sui amoꝛẽ permutauit. Et foꝛis apparentibus linguis igneis: intus facta sunt coꝛda flammãtia. Quia dũ deum in ignis visione suscipiunt: per amoꝛem suauiter intus arserũt. Ipse namq́ꝫ spiritussanctus amoꝛ est. Unde et iohãnes dicit. Deus caritas est. R̄m. I

Dũ cõplerentur dies pẽthecostes erãt omnes pariter dicẽtes alla: et subito factus est sonus de celo alla. Tanq̃ꝫ spiritus vehemens et repleuit totã domũ alla alla. V̄. Dũ ergo essent discipuli in vnũ congregati propter metum iudeorum sonus repente de celo venit super eos. Tanq̃ꝫ. Lectio secunda.

QUi ergo mẽte integra deum desiderat: pꝛofecto iã habet quẽ amat. Neq́ꝫ enim quisq̃ꝫ posset deum diligere: si eũ quẽ diligit non haberet. Sed ecce si vnusquisq́ꝫ vestrũ requiritur an diligat deũ tota fiducia et secura mẽte respõdet diligo. In ipso aũt lectionis exoꝛdio audistis quid veritas dicit. Si quis diligit me sermonem meum seruabit: pꝛobatio ergo dilectionis: exhibitio

3 est operis. Hinc in epistola sua idem
iohānes dicit: qui dicit diligo deum
et mandata eius non custodit: men=
dax est. Uere deū diligim⁹ si ad mā
data eius a nostris nos voluptatib⁹
coartamus: nam qui adhuc ad illici=
ta desideria defluit: profecto deum
non amat: quia ei in sua volūtate cō
2 tradicit. ℟. Repleti sunt omnes spiritu
sancto et ceperūt loqui: prout spiritus san
ctus dabat eloqui illis. Et conuenit multi=
tudo dicentium alleluya. ℣. Loquebantur
varijs linguis apostoli magnalia dei. Et cō
uenit multitudo. Lectio tertia.

ET pater meus diliget eū: ꝛ ad
eū veniem⁹: et māsionē apud
eū faciemus. Pēsate fratres carissi
mi q̄ta sit ista solennitas habere in
cordis hospitio aduētū dei. Certe si
domū nostrā quisq̄ diues ac prepo=
tēs amic⁹ intraret: omni festinatio=
ne domus mundaret̄ ne quid fortas
se esset quod oculos intrantis amici
offenderet. Tergat ergo sordes praui
operis: q̄ deo p̄parat domū mētis
Sed videte q̄d veritas dicat Uenie
mus ꝛ mansionē apud eū faciemus
in quorundam etenim corda venit: et
mansionē nō facit / q̄a per cōpunctio=
nē quidē dei respectum percipiunt:
sed tentationis tempore hoc ipsum
3 quod cōpuncti fuerāt obliuiscūtur.
℟. Spūs sctūs procedēs a throno aposto=
lorū pectora inuisibiliter penetrauit nouū
sanctificationis signū. Ut in ore eorū oim
genera nascerētur linguarū alla. ℣. Aduc
nit ignis diuinꝰ nō comburēs sed illumināo
et tribuit eis carismatū dona. Ut. Gloria.
Alla. Hoc ℟. dr̄. iij. ℟. per totā ebd.
℣. Emitte spiritū tuū ꝛ creabūtur. ℟. Et

renouabis faciē terre alla. In laudib. an.
Dum cōplerentur dies pēthecostes erāt
omnes pariter dicentes alla. ps. Dñs re 1
gna. ā. Spūs dñi repleuit orbem terrarū
all. ps. Jubilate. ā. Repleti sunt omnes 1
spiritu sancto et ceperūt loqui alleluya. ps 3
Deus deus meus. ā. Fontes et omnia
que mouētur in aquis hymnum dicite deo 4
alla. p̄. Benedi. an. Loquebantur varijs
linguis apostoli magnalia dei alla alla alla 5
p̄. Laud. cp̄m. Dū cōplerentur. hy.

IMpleta gaudēt viscera / affla
ta sctō spiritu voces diuersas
intonant: fantur dei magnalia.
Ex omni gente cogniti grecis lati
nis barbaris: cunctisq̄ admiranti=
bus linguis loquuntur omnium.
Judea tunc incredula: vesana tor=
uo spiritu: ructare musti crapulam:
alumnos christi concrepat.
Sed signis et virtutibus: occurrit
et docet petrus: falsa prophari perfi
dos: iohelis testimonio. Undū sa=
crata. Sit laus patri. ℣. Loquebātur
varijs linguis. ℟. Magnalia dei alla. an.
Accipite spūm sctm̄ quorū remiseritis pctā
remittūtur eis alla. ps. Benedict⁹. Oro

DEus qui hodierna die corda
fidelium sancti spiritus illu
stratione docuisti: da nobis in eodē
spū recta sapere: et de eius semper
cōsolatione gaudere. Per do. in vni
ia. eiusdē. ¶ Ad. j. ā. Dum cōplerentur
dies. ps. Deus in nomine. ā. Gratias
tibi. p̄. Quicunq̄ vult. ℟. Jesu christe.
cu alleluya. ℣. Qui sedes. ¶ Ad tertiā
Deus in adiutoriū. Septem senio
res ante altare incipiant. Hymnus

VEni creator spiritus mētes
tuorum visita: imple super=

na gratia: que tu creasti pectora.
Qui paraclytus diceris: donū dei altissimi fons viuus ignis charitas et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promissum patris sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus: infunde amorē cordibus: infirma nostri corporis: virtute firmans perpetim.
Hostem repellas longius: pacēqʒ dones protinꝰ: ductore sic te preuio vitemus omne noxium.
Per te sciamus da patrē: noscamꝰ atqʒ filiū: te vtriusqʒ spiritum: credamus omni tēpore. Sit laus. Hic ordo seruet. per singulos ꝟ. totiꝰ hymn. hac die tm̄. Reliquis vero diebꝰ: videlicet. ij. iij. et. iiij. fe. dicit hyꝰ. Veni creator. ad. iij. locū nec habitu mutata. sine thuri. Ceteris aūt diebꝰ vt in. v. vj. fe. et sab. dicat hꝰ. Nūc sctē no. vt decet. ān. Spiritꝰ dn̄i. ꝑ. Legē pone. cp̄m. Dū cōplerent. ℟. Repleti sunt oēs spiritu sancto. Alla alla. ꝟ. Et ceperūt loqui. ꝟ. Loquebātur va. ¶ Ad. vj ān. Repleti. ꝑs. Defecit. cp̄m. Actu. ij

ʒ Factus est repēte de celo sonꝰ tanq̄ aduenientis spiritus vehementis. et repleuit totam domū vbi erāt apostoli sedētes. ℟. Loquebantur varijs linguis apostoli. Alleluya alleluya. ꝟ. Magnalia dei. ꝟ. Spiritus domini repleuit. ¶ Ad nonā. ān. Loquebātur. ꝑ. Mirabilia. Cp̄m. Actuū. ij.

ʒ Apparuerunt illis dispertite lingue tanq̄ ignis: seditqʒ supra singulos eorū spiritus sanctus ℟. Spūs dn̄i repleuit orbē terrarū Alla alla. ꝟ. Et hoc quod cōtinet oīa scientiam habet vocis. ꝟ. Emitte spiritum. ¶ Ad ves. ān. Dū cōplerentur. ꝑs. Dixit do. et ceteri psalmi do. et dicant cū ꝑdicta ān. ꝑ totā ebdo. Cp̄m. Actuū. ij

Conuenit multitudo et mēte confusa est quoniā audiebat vnusquisqʒ lingua sua illos loquētes. Hoc cp̄. dicat quoti. ad ves. ꝑ ebdō. ℟. Spiritus sctūs ꝑcedens a throno. Hyꝰ.

Beata nobis gaudia anni reduxit orbita: cum spiritus paraclytus/ effulsit in discipulos.
Ignis vibrāte lumine/ lingue figuram detulit: verbis vt essent proflui/ et caritate feruidi.
Linguis loquūtur omniū/ turbe pauent gentiliū: musto madere deputant/ quos spiritus repleuerat.
Patrata sunt hec mystice/ pasche peracto tempore: sacro dierum numero/ quo lege fit remissio.
Te nunc deus pijssime/ vultu precamur cernuo: illapsa nobis celitus largire dona spiritus.
Dudū sacrata pectora/ tua replesti gratia: dimitte nūc peccamina/ et da quieta tpa. Sit laus. ꝟꝰ. Spūs dn̄i repleuit. ā. Hodie cōpleti sunt dies pēthecostes alla: hodie spūs sctūs in igne discipulis apparuit et tribuit eis carismatū dona misit eos in vniuersum mundū predicare et testificari/ qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit alleluya. ꝑs. Magnificat. Oratio. Deus qui hodier. ¶ Ad cōpletoriū. ā. Alleluya. ꝑs. Cū inuocarem. cp̄z. Tu in. Hac die et tribus diebus sequenti. dr̄ pro Hymn.

Alma chorus domini/ nunc pangat nomina summi.
Messias/ sother/ emanuel/ sabaoth

adonay.

Est vnigenitus/via/vita/manus omousion.

Principium/primogenitus/sapientia virtus.

Alpha/caput/finisqz simul/vocitatur et est oo.

Fons/et origo boni/paraclyt9/ac mediator.

Agnus/ouis/vitulus serpẽs/aries/leo vermis.

Os/verbum/splendor/sol/gloria/lux et ymago.

Panis/flos/vitis/mõs/ianua/petra/lapisqz.

Angelus/ꝛ sponsus/pastorqz/propheta/sacerdos.

Athanatos/kyrios/theos:panthõcraton et ysus.

Saluifice tnos sit cui secla per omnia dora.amen. Et reliquis diebus dr hy9. Saluator. V. Custodi nos. ãn Alleluya spũs paraclit9. p. Nũc dimit.

Feria scda inuit.hym.ãe. pi. ꝛ V. sicut in die penthe. dicantur. Similiter fiat singulis diebus per ebdo. Euãgelium Secundũ iohannẽ. iij.

In illo tempore. Dixit iesus cuidã principi phariseorum. Sic deus dilexit mundũ vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum non pereat/sed habeat vitam eternam. Et reliqua. Sermo ex ꝯmẽ. vti augu. epi. lc.i.

Ergo q̃tũ in medico est sanare venit egrotum. Ipse se interimit: qui precepta medici obseruare nõ vult Venit saluator saluare mũdũ Quare saluator dictus est mundi: nisi vt saluet mundũ/non vt iudicet mundum. R. Apparuerunt apostolis dispertite lingue tanq̃ ignis alleluya. Seditqz supra singulos eorum spiritussanctus alleluya. V. Loquebãtur varijs linguis apostoli magnalia dei. Seditqz. Lectio scda 1

Saluari nõ vis ab ipso: ex te ipso iudicaberis. Et quid dicam? Judicaberis. Vide quid ait. Qui credit in eũ non iudicabitur Qui autẽ nõ credit: quid dicturum putas? Jam inquit iudicatus est. Nondum apparuit iudicium: sed iam factum est iudicium. R. Loquebantur. Require in vigi. penthe. ad vcs. Lectio tertia. 2

Nouit enim dñs q̃ sunt ei9. Nouit qui permaneãt ad coronã: ꝛ qui permaneant ad flammã Nouit in area sua triticũ: nouit ꝛ paleã: nouit segetem/ nouit zizaniã. Jam iudicatus est: qui nõ credit. Quare iudicatus est: quia non credit in nõie vnigeniti filij dei. R. Spiritussctũs. V. Emitte spiritũ. Iste V. dicitur quotidie ante laud. per ebdomadã. In laudibus hec sola ãn. Dum cõplerentur. ps. Dominus regnauit. Cpm. Factus est repen. Hoc cpm. dicitur quotidie ad laud. ꝛ ad. iij. per ebdo. Hy9. Impleta gaudent. V. Loquebantur varijs. ãn Sic deus dilexit mundũ vt filium suũ vnigenitum daret vt omnis qui credit in ipsũ non pereat: sed habeat vitam eternam alleluya. ps. Benedictus. 3 Oratio.

Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: concede plebi tue pie petitionis effectũ vt quibus dedisti fidem largiaris ꝛ pacem. Per. in vnitate eiusdem. Hec oratio dicitur ad omnes horas: hac die tantum ad alias horas

su. R. & B. sicut in die pēthe. singulis diebus per ebdo. dicūt cū ppriis ofonibus. ¶ Ad tertiā cp̄z. Factus est repente. ¶ Ad sextā. cp̄m. Apparuerūt illis. ¶ Ad. ix. Cp̄z, Actu. ij.
1 Repleti sunt oēs spiritu sancto: et ceperunt loqui variis linguis: prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Hic ordo capitulorū ad mat. & ad alias horas huius diei seruetur per totā ebdo. Ad vespas oia fiāt sicut in die penthe. ad scd̄as vel. vsq3 ad ān. sup. Magnificat. et pter R̄. qd̄ non dicet. Similr fiat per totā ebdo. ān Non enim misit deus filiū suū in mundū vt iudicet mūdū: sed vt mundus saluetur per ipsum all'a. p̄s. Magnificat. Oro. Deus qui apostolis.
¶ Feria tertia. Scd̄m iohannem. x
1 In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. Qui nō intrat per ostiū in ouile ouium: sed ascendit aliunde/ille fur est & latro. Et reliqua. Sermo ex cōmētario btiaugustini epi. Lec. j.
Ouile christi est ecclesia catholica. Quicūq3 in eā intrare voluerit: per ostium intret id est per christum. Et ipsum verum deū et verum dei filiū predicet. Nō solū predicet christum sed christi gloriā querat: nō suā. Nā multi querēdo gloriā suā: oues christi sparserunt/ potius q̄ cōgregauerunt. R̄. Aduenit ignis diuinus non comburens: sed illuminans: non consumēs sed lucēs & inuenit corda discipulorū receptacula munda, Et tribuit eis carismatū dona alleluya alleluya. V̄. Inuenit eos cōcordes caritate: & illustrauit illos inundans diuinitas deitatis. Et tribuit. Lectio scd̄a.
Humilis est enim ianua filius dei christus. Ipse enim domin⁹ & saluator noster exponit: qd̄ proposuit dicens. Amen amen dico vobis/ quia ego sum ostiū ouiū. Per christū fratres intremus vt nos intrasse gaudeamus. Oēs quotquot venerunt fures sunt et latrones. Venerunt quasi propter me: sed nō ex me. Prophete nō fuerūt fures nec latrones quia nō propter illū: sed in illo venerunt. R̄. Disciplinā et sapientiā docebat 2 eos dn̄s all'a: firmauit in illis gratiā spiritus sancti. Et intellectu adimpleuit corda eorum all'a all'a. V̄. Spiritus dn̄i repleuit orbem terrarū et hoc quod cōtinet omnia scientiā habet vocis. Et in. Lectio. iij.
Venturus dn̄s mittebat pcones: sed illorū quos mittebat corda possidebat. Fur non venit nisi vt furetur et mactet et perdat. Ego veni vt vitam habeant/id est fidem que per dilectionem operatur. Per quam fideles in ecclesiam ingrediuntur vt viuant. Justus autē ex fide viuit. R̄. Spiritussanctus. ān. Amen amen dico vo 3 bis: qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est et latro: qui autem intrat per ostium pastor est ouium alleluya. p̄s. Benedictus. Oratio
Adsit nobis quesumus domine virtus spiritus scti: que et corda nostra clementer expurget & ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per dominum eiusdem. Hec oratio dicitur ad oēs horas. Ad vesperas. ān. Ego sum ostium dicit dominus: per me si quis introierit saluabitur et pascua inueniet alleluya. p̄s. Magnificat. oro. vts.
¶ Feria quarta. Scd̄m iohānē. vj.

¶ In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis Nemo potest venire ad me: nisi pater q̃ misit me traxerit illũ. Et reliqua. Sermo ex comẽtario bti augustini epi. Lectio.j

Magna gartie cõmendatio Nemo venit nisi tract⁹. Quẽ trahat et quẽ non trahat: quare illũ trahat: et illũ nõ trahat noli velle iudicare si non vis errare. Semel accipe et intellige. Nondũ traheris ora vt traharis Quid hic dicemus fratres? si trahimur ad christũ: ergo inuiti credim⁹ ergo violentia adhibetur non volũ
1 tas excitatur. ℟. Facta autem hac voce conuenit multitudo et mente cõfusa est qa audiebat vnusquisq3 lingua sua Illos loquẽtes magnalia dei alleluya alla alla. ℣. Nõne ecce oẽs isti qui loquũtur galilei sunt / et quomodo nos audiuimus vnusquisq3 lingua sua. Illos loquentes. Lectio scda.

Si trahitur ait aliquis inuitus venit. Si inuitus venit: non credit / si nõ credit / nõ venit. Nõ enim ambulando ad christum currimus sed credendo. Nec mora corporis sed voluntate cordis accedimus. Hic se tangi voluit: sic tangitur ab eis a quibus bene tangitur ascendẽs ad patrem manens cũ patre equalis patri. ℟.
2 Spiritus domini repleuit orbem terrarũ Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis alleluya alleluya. ℣. Omniũ est enim artifex: omnem habens virtutẽ omnia prospiciens. Et hoc quod. Lectio.iij

Nolite cogitare inuitum trahi. Inuitus trahitur anim⁹: et amore. Da amantem et sentit quod dico. Da desiderantem da feruentem: da in ista solitudine peregrinantem atq3 sitiẽtem et fontẽ eterne patrie suspirantem. Da talẽ: et sentit quod dico. Si autẽ frigide loquor quid loquor: tales erant illi qui inuicẽ murmurauerunt. ℟. Spiritussanctus. ã. Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitã eternã alla alla. ps. Bñdict⁹. Oro.

Mentes nostras quesum⁹ domine paraclyt⁹ qui a te procedit illuminet et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem Qui tecũ. in vnitate eiusdem. Hec oro dr ad oẽs hor. Ad ves. aña. Ego sum panis viuus q̃ de celo descendi: si quis mãducauerit ex hoc pane viuet ineternũ et panis quẽ ego dabo caro mea est pro mũdi vita alla alla. ps. Magni. Oro. vts

¶ Feria quinta. Scdm Lucam. ix

In illo tẽpore. Conuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutẽ et potestatem super oĩa demonia: et vt languores curarent et reliqua. Sermo excõmentario venerabilis bede pbri. Lectio.j

Concessa primũ potestate signorũ misit eos predicare regnũ dei vt promissorũ magnitudini attestaretur etiã magnitudo factorum fidemq3 daret verbis virtus ostẽsa: et noua facerent qui noua predicarẽt Unde nunc quoq3 cum fidelium numerositas excreuit: intra sanctam ecclesiam multi sunt qui virtutum vitam tenent / sed signa virtutũ non habẽt quia frustra miraculum foris ostenditur: si deest qd intus operatur. Reliq̃ue in. ij. feria dicuntur. Lectio.ij.

Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neq3 virgam / neq3 perã / neq3 panem / neq3 pecuniã / neq3 duas tuni-

as habeatis. Solet queri quomodo matheus et lucas commemorauerunt dixisse dominum discipulis suis ut non virgã ferrent: cum dicat marcus et precepit eis ne quid tollerẽt in via nisi tantũ virgam. Lectio. iij

Quod ita soluitur ut intelligamus sub alia significatione dictam virgã que secundũ marcũ ferẽda est et sub alia illã que secundũ matheũ et lucã non est ferẽda. Cum enim secundũ matheũ diceret eis. Nolite possidere aurũ neqȝ argentũ/et cetera: continuo subiũxit. Dignus est enim operarius mercede sua: ubi satis ostendit cur eos hec possidere ac ferre noluerit: non quod necessaria non sint sustentationi huius vite. Sed quia sic eos mittebat ut eis hec deberi mõstraret ab illis: quibus euãgelium credentibus nunciarent. An. Conuocatis iesus duodecim apostolis dedit illis virtutẽ et potestatem super omnia demonia et ut languores curarent et misit illos predicare regnũ dei: et sanare infirmos alleluya alleluya. ps. Bñdictus. Oro.

Presta quesum⁹ omnipotẽs et misericors deus: ut spiritussanctus adueniẽs templum nos glorie sue dignanter in habitando perficiat. Per dominum: in unitate eiusdẽ. Hec oratio dicitur ad oẽs hor. Ad vesperas. A. Egressi duodecim apostoli circuibant per castella: euãgelizantes et curantes ubiqȝ alleluya alleluya. psal. Magnificat. Oratio ut supra. Feria sexta. Secundum Lucam. v.

In illo tempore Factum est in vna dierum: et iesus sedebat docens. Et reliqua. Sermo ex commẽtario venerabilis bede pbri. Lc. j

Ubi dñs sedẽs docuerit quãdo scribis et phariseis cõsedentibus paraliticum curauit: lucas breuiandi gratia preterijt. Sed matheus et marcus qui eadem narrant: questionem facere videntur. Quoniã quidẽ matheus in ciuitate sua: marcus in capharnaum hoc eum fecisse testatur. Que difficilius questio solueretur: si matheus etiam nazareth nominaret. R. que in. iij. fer. dñr. Lectio. ij

Nunc ergo vel ipsa galilea in qua erat nazareth: intelligẽda est dicta ciuitas christi. Ad distinctionem videlicet transmarine regionis gerasenorũ: de qua trãsfretãdo sicut matheus scribit venerat galileaȝ. Uel certe ipsa capharnaũ/ciuitas christi dicta est: quã non nascẽdo/sed virtutibus illustrãdo suã ipse fecerat. Et ecce viri portãtes in lecto hominem qui erat paralyticus et querebant eũ inferre et ponere ante iesum. L. iij

mam meam: et non proposuerunt
deum ante conspectum suum.
Ecce enim de⁹ adiuuat me: et do
minus susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in
veritate tua disperde illos.

Uoluntarie sacrificabo tibi/ et confi-
tebor nomini tuo dñe: qm bonū est
Qm ex omni tribulatione eripui-
sti me: et sup inimicos meos despe-
xit ocul⁹ me⁹. Glo. Psalm⁹. cxvij

COnfitemini domino quoni-
am bonus: quoniam in secu
lum misericordia eius.
Dicat nūc israel quoniā bon⁹ quo
niam in seculū misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron/quoni
am in seculū misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominū:
qm in seculū misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dñm: et
exaudiuit me in latitudine dñs.
Dominus mihi adiutor: nō time-
bo quid faciet mihi homo.
Dominus mihi adiutor: et ego de
spiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino:
ꝙ confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: ꝙ
sperare in principibus.
Omnes gētes circuierūt me: et in
nomine dñi quia ultus sum in eos
Circundātes circundederūt me:
et in noīe dñi quia ultus sum i eos.
Circundederunt me sicut apes et
exarserunt sicut ignis in spinis: et
in noīe dñi quia ultus sum i eos.
Impulsus euersus sum ut cade-
rem: et dominus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dñs:
et factus est mihi in salutem.
Uox exultationis et salutis: in ta
bernaculis iustorum.
Dextera domini fecit uirtutem/
dextera dñi exaltauit me: dextera
domini fecit uirtutem.
Non moriar sed uiuam: et narra-
bo opera domini.
Castigās castigauit me dominus
et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iusticie et in
gressus in eas confitebor dño: hec
porta domini iusti intrabūt in eam
Confitebor tibi quoniā exaudisti
me: et factus es mihi in salutem.
Lapidē quē reprobauerunt edifi
cātes: hic fact⁹ est in caput anguli.
A domino factum est istud: et est
mirabile in oculis nostris.
Hec est dies quā fecit dominus:
exultemus et letemur in ea.
O domine saluum me fac / o domi
ne bene prosperare: benedictus qui
uenit in nomine domini.
Benediximus⁹ uobis de domo dñi:
deus dñs et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in cō
densis: usqz ad cornu altaris.
Deus meus es tu et confitebor ti
bi: deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniā exaudisti
me: et factus es mihi in salutem.
Confitemini dño quoniā bonus:
quoniā in seculū misericordia eius
A. lxx. usqz ad pas. die do. p isto ps
Confitemini. dicitur ps. Dñs reg
nauit decorem. Psalmus. cxviij.

BEati immaculati in uia: qui
ambulant in lege dñi.
Beati qui scrutantur testimonia
eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniqui-
tatem: in uiis eius ambulauerunt
Tu mandasti: mandata tua custo
diri nimis.
Utinā dirigantur uie mee: ad cu

stodiendas iustificatiões tuas.
Tunc nō confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis
Cōfitebor tibi i directiōe cordis: in eo quod didici iudicia iusticie tue.
Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.
In quo corrigit adolescentior viā suā: in custodiendo sermones tuos
In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscōdi eloquia tua vt non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorū tuorum delectatus sum: sicut in oib9 diuitiis
In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.
In iustificatiōib9 tuis meditabor nō obliuiscar sermones tuos. ps.
Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiā sermōes tuos
Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.
Cōcupiuit aia mea desiderare iustificatiōes tuas: in omni tēpore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobriū et contemptū: quia testimōia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes et aduersum me loquebātur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam et testimōia tua meditatio mea est: et concilium iustificationes tue.
Adhesit pauimēto anima mea: viuifica me secundū verbū tuum.
Vias meas enunciaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mādatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.
Gloria patri. In diebus do. a Dñe ne in ira. vsque ad. lxx. et a Deus omniū. vsque ad aduē. dñi qñ de do. agitur. ān. Dominus regit me et nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit. In feri. a Domine ne in ira. vsque ad. lxx. et a Deus omniū vsque ad aduē. qñ de do. agitur. ān. Deus exaudi oratiōē meā auribus percipe verba oris mei. In fer. per aduē. ān. Veni et libera nos de9 noster.
Symbolum athanasii.
Quicunque vult saluus esse: ante omnia opus est vt teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisque integrā / inuiolatamque seruauerit: absque dubio in eternum peribit.
Fides autem catholica hec est / vt vnum deum in trinitate: et trinitatem in vnitate veneremur.
Neque cōfundentes personas: neque

substantiam separantes.
Alia est enim persona patris alia filij: alia spiritussancti.
Sed patris et filij et spiritussancti vna est diuinitas equalis gloria coeterna maiestas.
Qualis pater talis fili⁹: talis spiritussanctus.
Increatus pater / increatus filius: increatus spiritussanctus.
Immensus pater / immensus filius: immensus spiritussanctus.
Eternus pater eternus filius: eternus spiritussanctus.
Et tamē nō tres eterni: sed vnus eternus.
Sicut non tres increati / nec tres immensi: sed vnus increatus / et vnus immensus.
Similiter omnipotens pater omnipotens filius: omnipotens spiritussanctus.
Et tamen nō tres omnipotentes sed vnus omnipotens.
Ita deus pater deus filius: deus spiritussanctus.
Et tamen non tres dij: sed vnus est deus.
Ita dn̄s pater / dominus filius: dominus spiritussanctus.
Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus.
Quia sicut singulatim vnāquāqꝫ personā: deum aut dn̄m confiteri christiana veritate cōpellimur.
Ita tres deos aut dn̄os: dicere catholica religione prohibemur.
Pater a nullo est factus: nec creatus / nec genitus.
Filius a patre solo est: nō factus nec creatus: sed genitus.
Spiritussanctus a patre et filio / non factus nec creatus / nec genitus: sed procedens.
Unus ergo pater nō tres patres vnus filius nō tres filij vn⁹ spiritussanctus nō tres spiritussancti.
Et in hac trinitate nihil prius aut posteri⁹: nihil maius aut minus.
Sed tote tres persone: coeterne sibi sunt et coequales.
Ita vt per omnia sicut iam supra dictū est / ꝛ vnitas in trinitate: ꝛ trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat.
Sed necessariū est ad eternā salutem vt incarnationē quoqꝫ dn̄i nostri iesu christi fideliter credat.
Est ergo fides recta vt credam⁹ et confiteamur: quia dominus noster iesus christus dei filius deus et homo est.
Deus est ex substantia patris ante secula genit⁹: et homo est ex substantia matris in seculo natus.
Perfectus deus perfectus homo ex anima rationali: et humana carne subsistens.
Equalis p̄ri scd̄m diuinitatē: minor patri secundū humanitatem.
Qui licet de⁹ sit et homo: nō duo tamen / sed vnus est christus.
Unus autē non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in deum.
Unus omnino nō confusione substantie: sed vnitate persone.
Nam sicut anima rationalis / ꝛ caro vnus est homo: ita deus ꝛ homo

vnus est christus.

Qui passus est pro salute nostra descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad celos sedet ad dexteram patris oīpotentis: inde ventu‑rus est iudicare viuos ⁊ mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibꝰ suis: et reddituri sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt / ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum.

Hec est fides catholica / quam nisi quisqꝫ fideliter firmiterqꝫ crediderit saluus esse non poterit. Gloria

In oībꝰ do. q̄ñcūqꝫ dꝛ ps. Deꝰ deꝰ meus re. cū reliquis p̄is. ad primā dicet̄ super Quicunqꝫ. hec aña. Te deum patrem ingenitum: te filium vnigenitum: te spiritū sanctū paraclitū sanctā et indiuiduā trinitatē toto corde et ore cōfitemur laudamus atqꝫ benedicimus: tibi gloria in secula. In ceteris aūt do. simplicibꝰ totiꝰ anni: ⁊ oībꝰ festis simpl. tā. iij. q̄̄. ix. lc. cū regimīe cho. ⁊ in oct. ⁊ infra q̄ñ cho. regitur Et in cōme. btē marie ⁊ festi loci: nisi i fes et cōme. q̄ cōtingūt infra octa. sctē trinitatis dꝛ sup Quicūqꝫ. hec ān. Te iure laudant: te adorant: te glorificant oēs creature tue: o btā trinitas. In tpe pas. Alleluya. In oībꝰ fe. dup. per annū extra ebd̄. sctē trinitatis dꝛ sup Quicunqꝫ. hec ān. Gratias tibi deus: gratias tibi vera vna trinitas: vna et summa deitas sctā: ⁊ vna vnitas. In tpe pascha. Alleluya. In oībꝰ fer. q̄ñ de fer agit̄ per totū annū: ⁊ in fe. iij. lc. sine regi. cho. ⁊ in oct. ⁊ infra ⁊ i quibꝰ cho. nō regit̄. Et in vigil. ⁊ i. iiij. tpibꝰ extra ebd̄. penthe. ⁊ ebd̄. sctē triñ. dꝛ sup Quicūqꝫ. hec ān. Gloria tibi trinitas equalis vna deitas et ante oīa secula ⁊ nūc ⁊ i ppetuū. i tpe pas Alleluya Per ebd̄. s. tri. d̄ quocūqꝫ fit ser. dꝛ sup Quicūqꝫ. hec ā. O btā ⁊ bn̄dicta ⁊ gloriosa trinitas pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ sp̄ūsctūs. cp̄.

Regi seculorū immortali inuisibili soli deo honor et glīa in secula seculoꝝ amen. Deo grās. Hoc pred. cp̄. dꝛ oībꝰ do. ⁊ i fes. ⁊ in oct. ⁊ infra q̄ñ cho. regit̄ Et i cōme. btē ma. ⁊ de fe. loci per to. annū: extra ebd̄. pasch. ¶ In omnibus alijs fe. per annū: ⁊ in omībꝰ fer. ab oct. pas. vsqꝫ ad penthe. ⁊ in oct. ⁊ infra oct. sine regie chori ⁊ in vigi. ascen. et penthe. ⁊ in vigi. nata. dn̄i ⁊ epy. cū extra do. eue. dꝛ hoc Capitulū.

Domine miserere nostri: te enim expectauimꝰ: esto brachiū nostrū in mane: ⁊ salus nostra in tpe tribulationis. In oībꝰ alijs fer. per aduen. ⁊ a Dn̄e ne in ira. vsqꝫ ad cenā do. et a Deus oīm. vsqꝫ ad aduentū q̄ñ de fer. agit̄ dꝛ Capitulū

Pacē et veritatē diligite: ait dn̄s oīps. Et q̄ñcunqꝫ dꝛ hoc pred. cp̄. ad. j. tūc fiant preces cum prostratiōe ad oēs ho. ℣. Jesu xp̄e fili dei viui: Miserere nobis. ℟. Qui sedes ad dexteram patris. Miserere. Glo. Jesu Iste ℣. scꝫ Qui sedes. dꝛ per totū ānū post pred. ℣. nisi in die nati. do. et ab hinc vsqꝫ in crasti. puri. ⁊ a pasc. do. vsqꝫ ad ascen. do. ⁊ nisi q̄ñ dicat̄ de sctā maria: ⁊ nisi in fe. ⁊ oct. corp. Christi q̄ñ de oct. fit seruitiū: ⁊ nisi

in fe. trāsfig. ꝛ in fe. ꝛ per oct. nois iesu: qñ de ipsis oct. fit seruic. sequitur ꝟ. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Et his dictis sequuntur preces hoc modo

Kyrieleysō. iij. Christeel. iij Kyrieeleyson. iij. Pr nr.
Et ne nos inducas. Sed libera.
Uiuet anima mea et laudabit te.
Et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis q̄ periit. Quere seruū tuū dñe quia mādata tua non sum oblitus. Credo in deum.
Carnis resurrectionem.
Et vitam eternam Amen.
Repleatur os meū laude. Et cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.
Dñe auerte faciē tuā a peccatis meis. Et oēs iniq̄tates meas dele.
Cor mūdū crea in me de⁹ Et spm rectū innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua. Et spiritū sanctū tuū ne auferas a me.
Redde mihi leticiā salutaris tui. Et spū principali cōfirma me.
Eripe me domīe ab homine malo A viro iniquo eripe me.
Eripe me de iīmicis meis de⁹ meus. Et ab isurgētib⁹ i me libera me
Eripe me de operātib⁹ iniquitatem. Et de viris sanguinū salua me
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. Et reddam vota mea de die in diem.
Exaudi nos de⁹ salutaris noster Spes omnium finium terre: et in mari longe.
Deus in adiutoriū meū intende, Dñe ad adiuuādum me festina.

Sanctus deus sctūs fortis sanct⁹ et immortalis. Agn⁹ dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Bñdic aia mea dño. Et oia que intra me sunt nomini sctō eius.
Benedic aia mea dño. Et noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui ppiciat oib⁹ iniq̄tatib⁹ tuis, Qui sanat oēs infirmitates tuas.
Qui redemit de interitu vitā tuā Qui coronat te in misericodia et miserationibus.
Qui replet i bonis desideriū tuū Renouabit vt aquile iuuent⁹ tua.
Deide dr. Confiteor. et. Misereatur. et. Absolutionē. vt ad cōpleto.
Sequūtur preces hoc modo.
De⁹ tu cōuersus viuificabis nos. Et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dñe miam tuam. Et salutare tuum da nobis.
Dignare domine die isto. Sine peccato nos custodire.
Miserere nr̄i dñe. Miserere nr̄i.
Fiat mia tua domine super nos. Quēadmodū sperauimus in te.
Domine deus virtutum cōuerte nos. Et ostende faciem tuam ꝛ salui erimus.
Dñe exaudi orationē. Et clamor.
Dñs vobiscū. Et cū spū. Orem⁹.
He preces p̄dicte dicātur supradicto modo ad primā p totū annū tā in fest. q̄ in profest. tam duplici q̄ simplici / nisi a cena dñi vsq ad oct. pasc. et nisi in die aiarū: ita tñ q̄ in oibus fest. et per aduētū et a Dñe ne in ira. vsq ad cenā dñi et a Deus oim vsq ad aduē. dñi qñ de fest. agitur. stati post Fiat mia sequit ꝟ⁹ Exaudi

dñe vocem meam qua clamaui ad te. ꝛ cetera oia sicut ad cpl'. notat. est vsq; ad orationē dicendā expleant. Hec sequēs oratio dꝫ in oib⁹ fe. duplicibus per annū extra ebd. pasc. Oro.

IN hac hora huius diei / tua nos dñe reple mia: vt per totum diem exultantes: in tuis laudibus delectemur. Per. Dñs vobiscum. Benedicamus dño. Deo gratias. In omnib⁹ do. et in fes. sctoꝝ nō dupl'. ꝛ in fes. extra ebd. pasche dicat' hec oro.

DOmine sancte pater omnipotēs eterne deus qui nos ad principiū huius diei peruenire fecisti tua nos hodie salua virtute et cōcede: vt in hac die ad nullū declinemus peccatum: nec vllum incurram⁹ periculū: sed semp ad tuā iustitiā faciēdam ois nostra actio tuo moderamine dirigatur. Per. Dñs vo. Benedicam⁹ dño. Deo. g. Deinde dicat sacer. sic Preciosa est i cōspectu dñi Mors sanctorū eius. Dinde dicat sacer. sine Dominus vobiscū. et sine Oremus.

SAncta maria mater dñi dei nostri iesu christi atq; oēs sancti iusti et electi dei intercedāt et orent pro nobis peccatoribus ad dñm deū nostrū: vt nos mereamur ab eo adiuuari et saluari: qui in trinitate pfectabiliit et regnat deus. Per oia scla scloꝝ. Amē. Sacer. V. Deus in adiutoriū meum intende. Domine ad adiuuādū me festina. Codē mō dꝫ tribus vicib⁹ Deus in adiu. Domine ad. Et tūc sequit' sic. Gloria patri et filio et spūi scto. Sicut. Kyrie eleysō Christe el'. Kyrie el'. Pater noster.
Et ne nos. Sed libera.

Et veniat super nos misericordia tua dñe Salutare tuum secundū eloquium tuum
Et respice i seruos tuos: et in opera tua Et dirige filios eorum.
Et sit splendor domini dei nři super nos Et opera manuū nostrarū dirige sup nos et opus manuū nostrarū dirige. Hec sequēs oro dꝫ in festis dupl'. et quotienscūq; chorus regitur extra ebd. pasche sine Dñs vo. sed tātū cū Oreᵐ⁹.

OMnipotens sempiterne de⁹ dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomie dilecti filij tui mereamur bonis operibus abūdare. Qui tecū vi. Dñs vo. Benedica. In oib⁹ alijs fe. et profe. dꝫ hec orō sine Dominus vo. sed tātū cū Oremᵘˢ

DIrigere et sanctificare ꝛ regere dignare domine deus quesumus corda et corpora nostra in lege tua: ꝛ in operib⁹ mādatorū tuorū vt hic et in eternū te auxiliāte sani ꝛ salui esse mereamur. Per Et finiat' supradicto modo: vꝫ cū Dominus vo. et cū Benedicamus domi.

¶ Et sciendū est q quādocūq; dicitur ps. Ad te leuaui ocu. post matutinas tūc ad primā post tabulam lectā dꝫ sine nota iste ps Psalm⁹. cxx

LEuaui oculos meos in mōtes: vnde veniat auxilium michi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.
Non det in cōmotionem pedē tuum; neq; dormiet qui custodit te.
Ecce nō dormitabit neq; dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te dñs protectio tua: super manū dexterā tuā.

Per diem sol non uret te: neqȝ luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animā tuā dominus.
Dñs custodiat introitū tuum et exitū tuū: ex hoc nūc ⁊ usqȝ ī seculū
Gloria patri. Sicut erat.
Kyrie eleyson. Christe el'. Kyrie eleysō
Pater noster. Et ne nos. Sed libera.
Ostēde nobis domine misericordiā tuā.
Et salutare tuum da nobis.
Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas.
Deus meus sperantes in te.
Mitte eis domine auxilium de sancto.
Et de syon tuere eos.
Esto nobis domine turris fortitudinis.
A facie inimici.
Nihil proficiat inimicus in eis. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
Domine exaudi. Et clamor.
Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus
Adesto dñe supplicatiōibus nostris: ⁊ viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone/ ut inter omnes vie ⁊ vite huius varietates/ tuo semper protegamur auxilio. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus salus eterna credentium exaudi nos pro famulis tuis/ pro quibus misericordie tue imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate/ gratiarū tibi in ecclesia tua referant actiones. Per christum. ℟. Amen. Excellentior persona dicat Benedicite. Dominus. In nomine patris et filij ⁊ spiritussancti amē.

¶ Ad tertiam hymnus.



Nunc sctē nobis spiritus/ unū patri cū filio/ dignare promptus ingeri/ nostro refusus pectori.
Os lingua mens sensus vigor/ confessionem personēt/ flammescat igne charitas/ accēdat ardor proximos.
Presta pater pijssime/ patriqȝ cōpar unice: cum spiritu paraclito/ regnās per omne seculū. Amen. ps.
Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper.
Da mihi intellectum ⁊ scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorū tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua: et non in auariciam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuū: in timore tuo.
Amputa opprobriū meū qđ suspicatus sum: quia iudicia tua iocūda
Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.
Et veniat super me mīa tua dñe salutare tuū secundū eloquiū tuū.
Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbū veritatis usqȝquaqȝ: quia in iudicijs tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuā semper:

in seculum et in seculum seculi.
Et ambulabã in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar i testimoniis tuis in conspectu regũ ꝛ nõ cõfundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mãdata tua que dilexi: ꝛ exercebor in iustificationibus tuis. Psalmus.
Memor esto verbi tui seruo tuo: i quo mihi spẽ dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebãt vsqꝫquaqꝫ: a lege autẽ tua nõ declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquẽtibus legẽ tuam.
Cãtabiles mihi erãt iustificationes tue: i loco peregrinatiõis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam.
Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos: in testimonia tua.
Paratus sum et non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.
Funes pctõꝝ circũplexi sunt me: et legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum oĩm timentiũ te: ꝛ custodientium mandata tua.
Misericordia tua dñe plena est terra: iustificationes tuas doce me.
Gloria patri. Psalmus.
Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum.
Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia in mãdatis tuis credidi.
Priusqꝫ hũiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: ꝛ in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborũ: ego autẽ in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatũ est sicut lac cor eorum ego vero legẽ tuã meditatus sum.
Bonũ mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonũ mihi lex oris tui: super milia auri et argenti.
Manus tue fecerũt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me ꝛ letabuntur: quia in verba tua super speraui.
Cognoui domine quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Ueniant mihi miserationes tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego autē exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: et qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meū imaculatū in iustificatiōibus tuis: vt non cōfundar.
Gloria patri. In dñica. an. Laus et perennis gloria deo patri et filio sancto simul paraclito in secula seculorum.
Capitulum. ii. Corinth. vltimo.
ii.cori. vltio. Gratia dñi nostri iesu christi et caritas dei: & cōicatio sancti spūs sit semper cū oībus nobis.
℟. Inclina cor meū de⁹ In testimōia tua.
℣. Auerte oculos meos ne videāt vanitatem in via tua viuifica me. In testi. Gloria. Inclina. ℣. Ego dixi dñe miserere mei ℟. Sana animā meā quia peccaui tibi.
In fer. an. Veniant mihi miserationes tue et viuam. Capitulū Hier. xvij.
Hiere. xvij. Sana me domine & sanabor: saluū me fac et saluus ero/ quoniam laus mea tu es. ℟. Sana animam meā. Quia peccaui tibi. ℣. Ego dixi domine miserere mei. Quia. Gloria. Sana. ℣. Adiutor meus esto domine. ℟. Ne derelinquas me neq; despicias me deus salutaris meus. In fer. per aduētū aña. Tuam dñe excita potentiā & veni ad saluandū nos. Capitulū Hebreoȝ. x.
Heb. x. Qui venturus est veniet / et non tardabit: iam nō erit timor in finibus nostris: quoniā ipse est saluator noster. ℟. Veni ad liberandum nos. Dñe deus virtutum. ℣. Et ostende faciem tuā et salui erimus. Dñe. Gloria. Veni. ℣. Timebūt gentes nomē tuū dñe. ℟. Et omnes reges terre gloriam tuam. ¶ Ad sextam. Hymnus.



Rector potens verax de⁹ qui temporas rerum vices: splendore mane instruis / et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium / aufer calorem noxium confer salutem corporum veramq; pacem cordium.
Presta pater piissime. Psalmus.
Defecit in salutare tuū anima mea: et in verbum tuum supersperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū dicētes qñ consolaberis me.
Quia fact⁹ sum sicut vter in pruinā: iustificationes tuas non sum oblitus.
Quod sunt dies serui tui: qñ facies de persequētib⁹ me iudicium.
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.
Omnia mandata tua veritas iniqui persecuti sunt me adiuua me.
Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundū miam tuā viuifica me: et custodiam testimonia oris tui.
In eternum domine: verbum tuum permanet in celo.
In gñatione & gñationē veritas tua: fundasti terrā & permanet.
Ordinatiōe perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi q lex tua meditatio mea est: tūc forte perissē i humilitate mea
In eternū nō obliuiscar iustificatiōes tuas: q2 i ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego saluũ me fac: qm iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerũt pctõres vt perderẽt me: testimonia tua intellexi.
Omis cõsummationis vidi finẽ: latũ mãdatũ tuũ nimis. Psalmus.
Quomodo dilexi legẽ tuã dñe tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentẽ me fecisti mãdato tuo: quia in eternum michi est.
Sup oẽs docẽtes me intellexi: qr testimõia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos vt custodiã verba tua.
A iudiciis tuis nõ declinaui: quia tu legẽ posuisti mihi.
Quã dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.
A mãdatis tuis intellexi: propterea odiui omnẽ viã iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuũ: et lumẽ semitis meis.
Iuraui et statui: custodire iudicia iusticie tue.
Humiliat⁹ sum vsquequaq; dñe: viuifica me secundũ verbũ tuũ.
Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe: et iudicia tua doce me.
Aia mea in manib⁹ meis semper et legẽ tuã nõ sum oblitus.
Posuerũt peccatores laqueũ mihi: et de mãdatis tuis nõ erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas in eternum propter retributionẽ. Psalmus.
Iniquos odio habui: et legẽ tuã dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu et in verbũ tuũ supersperaui.
Declinate a me maligni: et scrutabor mãdata dei mei.
Suscipe me scdm eloquiũ tuum et viuã: et nõ confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor i iustificatiõib⁹ tuis semp.
Spreuisti oẽs discedẽtes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorz.
Preuaricãtes reputaui oẽs pctõres terre: ideo dilexi testimõia tua
Cõfige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.
Feci iudiciũ et iusticiã nõ tradas me calũniantibus me.
Suscipe seruũ tuũ in bonũ: nõ calumniãtur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuũ: et in eloquiũ iusticie tue.
Fac cũ seruo tuo scdm miam tuã et iustificatiões tuas doce me.
Seru⁹ tu⁹ sum ego: da mihi intellectũ: vt sciã testimonia tua.
Tempus faciendi dñe: dissipauerũt legẽ tuã.
Ideo dilexi mãdata tua super aurũ et topazion.
Propterea ad oia mãdata tua dirigebar: oẽz viã iniquã odio habui
Gloria pri. In do. aña. Gloria laudis resonet in ore omnium patri genitoq; proli spiritui sancto pariter resultet laude perenni. Capitulũ. i. Johãnis. i.

Tres sunt qui testimonium dãt in celo: pater et verbuz .i. Jo. .i.a.

et spiritussanctus: et hij tres vnũ sunt. ℟ In eternum domine Permanet verbũ tuũ. ℣. In celo et in seculũ seculi veritas tua. Per. Glo. In. ℣. Dñs regit me et nihil mihi deerit. ℟. In loco pascue vbi me collocauit. In. fer. ãn. Nõ cõfundas me dñe: ab expectatiõe mea. Cp̃. thes. v

Omnia probate / quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. ℟. Benedicam dñm In oi tpe. ℣. Sẽp laus ei⁹ in ore meo. In Glo. Be. ℣. Domin⁹ re. In aduẽ. ã. In tuo aduẽtu erue nos dñe. Cp̃. Esa. xiiij.

Prope est vt veniat tempus eius: et dies eius nõ elongabitur / miserebitur dñs iacob et israel saluabitur. ℟ Ostende nobis domine Misericordiam tuã. ℣. Et salutare tuum da nobis. Misericordiã. Gloria pa. Ostende. ℣. Memento nostri domine in beneplacito populi tui. ℟ Visita nos in salutari tuo.

Ad nonã hy⁹



Rerũ deus tenax vigor / immot⁹ i te permanet / lucis diurne tempora / successibus determinãs.

Largire clarum vespere / quo vita nusq̃ decidat sed premium mortis sacre perennis instet gloria.

Presta pater. Psalmus.

Mirabilia testimonia tua domine: ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: et intellectũ dat paruulis.

Os meũ aperui et attraxi spiritũ: quia mandata tua desiderabã.

Aspice in me et miserere mei: secundũ iudiciũ diligẽtiũ nomẽ tuũ.

Gressus meos dirige secũdũ eloquiũ tuum: vt non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calumnijs hominũ: vt custodiã mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum: et doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerũt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Iustus es domine: et rectum iudiciũ tuum.

Mandasti iustitiã testimonia tua et veritatẽ tuã nimis.

Tabescere me fecit zelus me⁹: q̃a obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitũ eloquiũ tuũ vehementer et seruus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

Iusticia tua iusticia ineternũ: et lex tua veritas.

Tribulatio ⁊ angustia inuenerũt me mãdata tua meditatio mea est.

Equitas testimõia tua ineternũ: intellectũ da mihi et viuã.

Gloria patri et fi. Sicut. ps.

Clamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requirã.

Clamaui ad te saluũ me fac: vt custodiã mandata tua.

Preueni in maturitate et clamaui: quia in verba tua supersperaui

Preuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Vocem meã audi secundum misericordiam tuam domine: et secundum iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerũt persequentes me iniquitati: a lege autẽ tua longe facti sunt.
Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas.
Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternũ fundasti ea.
Vide humilitatẽ meã et eripe me quia legem tuã nõ sum oblitus.
Iudica iudiciũ meũ ⁊ redime me propter eloquiũ tuũ viuifica me.
Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas nõ exquisierunt.
Misericordie tue multe dñe: secũdum iudicium tuũ viuifica me.
Multi qui persequũtur me et tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui.
Vidi preuaricãtes ⁊ tabescebam: quia eloquia tua nõ custodierunt.
Vide qm̃ mandata tua dilexi dñe: in misericordia tua viuifica me.
Principiũ verborũ tuorũ veritas in eternum oĩa iudicia iusticie tue.
Gloria patri. Psalmus
PRincipes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum.
Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui ⁊ abominatus sum: legem autẽ tuã dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legem tuam: et non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuũ domine: et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in cõspectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabũt labia mea hymnũ: cũ docueris me iustificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mãdata tua equitas.
Fiat manus tua vt saluet me quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuũ domine: et lex tua meditatio mea est.
Viuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuũ domine/ quia mandata tua non sum oblitus.
Gloria patri. In dñica. añ. Ex quo omnia: per quem oĩa: in quo omnia: ipsi gloria in secula. Cap. ad ephesi. v.

UNus dominus/ vna fides/ vnum baptisma/ vnus deus et pater omnium qui super omnes/ et per omnia/ et in omnibus nobis qui est benedictus in secula.
℟. Clamaui in toto corde. Exaudi me dñe.
℣. Iustificationes tuas requirã. Exaudi. Gloria. Cla. ℣. Ab occultis meis munda me dñe. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo.
℣. Iuxta eloquiũ tuum da mihi intellectũ domine. Capitulũ gal. vi.

Alter alterius onera porta te: et sic adimplebitis legē christi. R. Redime me dñe et miserere mei. V. Pes enim meus stetit in via recta: in ecclesijs benedicā te dñe. Et Glo. Redi. V. Ab occultis meis. In fer. i ad. ān. Ueni domine et noli tardare: relaxa facinora plebis tue israel. Capitulū. mic. iiij.

Uenite ascendam⁹ ad mōtē dñi / et ad domū dei iacob: et docebit nos vias suas / et ambulabim⁹ in semitis eius: quia de syō exibit lex et verbū dñi de hierlm̄ R. Sup te hierusalē Orietur dñs. V. Et gloria eius i te videbitur. Orietur. Gloria. Super. V. Domine deus virtutū cōuerte nos R. Et ostende faciē tuā et salui erimus.

Fer. ij. ad matuti. Inuitat. Uenite exultemus domino. P. Jubilate deo saluta. &c. a Domine ne in ira. vsqz ad xl. quando de. ij. fer. agitur dicitur ad matutinas sequens Hymnus.



Somno refectis artubus spreto cubili surgim⁹: nobis pater canētib⁹ / adesse te deposcimus.

Te lingua primū cōcinat / te mentis ardor ambiat: vt actuum sequentium / tu sancte sis exordium.

Cedant tenebre lumini / et nox diurno syderi: vt culpa quam nox intulit / lucis labescat munere.

Precamur idē supplices / noxas vt oēs amputes; et ore te canentiū lauderis in perpetuū. Gloria tibi domine. Post purificationem. Presta pater pijssime. Per ostatē dicit iste hymn⁹ Nocte surgētes. quere in principio psalterij āte p̄m Beatus vir. Psalmus.

Domin⁹ illuminatio mea: et salus mea quē timebo.

Dominus protector vite mee: a quo trepidabo.

Dum appropiant super me nocētes: vt edant carnes meas.

Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistāt aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me preliū: in hoc ego sperabo.

Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.

Ut videam voluntatem domini: et visitem templum eius.

Quoniā abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me, et nunc exaltauit caput meum: super inimicos meos.

Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiā vociferatiōis: cantabo et psalmum dicam domino.

Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.

Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.

Adiutor me⁹ esto ne derelinquas me: neqz despicias me deus salutaris meus.

Quoniam pater meus / et mater

mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me / quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini: in terra viventium.

Expecta dominũ viriliter age et confortetur cor tuum: & sustine dominum. Psalmus. xxvij.

Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me / nequã do taceas a me: et assimilabor descendentibus in lacum.

Exaudi dñe vocem deprecatiõis mee: dũ oro ad te: dum extollo manus meas ad templũ sctm̃ tuum.

Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum: et secundum nequiciam adinuentionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorũ tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera dñi: et in opera manuũ eius destrues illos: et non edificabis eos.

Benedictus dñs: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.

Dominus adiutor meus et protector meus: et in ipso sperauit cor meum et adiutus sum.

Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.

Dñs fortitudo plebis sue: et protector saluationũ christi sui est.

Saluum fac populũ tuũ dñe / et benedic hereditati tue: & rege eos et extolle illos vsqz in eternum.

Gloria patri. añ. Dominus defensor vite mee. Psalmus. xxviij.

Afferte dño filij dei: afferte domino filios arietum.

Afferte dño gloriã et honorẽ / afferte dño gloriã nomini eius: adorate dñm in atrio sancto eius.

Vox domini super aquas de⁹ maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Vox dñi cõfringentis cedros: et cõfringet dñs cedros libani.

Et cõminuet eos tanq̃ vitulum libani: et dilectus quemadmodum filius vnicornium.

Vox domini intercidentis flammam ignis vox domini concutientis desertum: et cõmouebit dominus desertum cades.

Vox domini preparantis ceruos et reuelabit cõdensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.

Dñs diluuiũ in habitare facit: et sedebit dñs rex in eternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Psalmus. xxix.

Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite dño sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniã ira in indignatiõe eius: et vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum leticia.
Ego autẽ dixi in abundãtia mea: non mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad deum meum deprecabor.
Que vtilitas i sanguine meo: dũ descendo in corruptionem.
Nunquid cõfitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatẽ tuam
Audiuit dñs et misertus est mei: dñs factus est adiutor meus
Cõuertisti planctum meũ in gaudium mihi: cõcidisti saccum meum et circundedisti me leticia.
Ut cãtet tibi gl'ia mea et nõ compungar: dñe deus meus in eternũ cõfitebor tibi. Gl'ia patri et filio. Sicut erat. Añ. Adorate dominum in aula sancta eius.

Psalmus.xxx.

In te domine speraui nõ confundar in eternum: in iusticia tua libera me.
Inclina ad me aurẽ tuam: accelera vt eruas me.
Esto mihi in deum protectorem / et in domum refugij: vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugiũ meum es tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quẽ abscõderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas cõmendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.
Odisti obseruãtes vanitates: superuacue.
Ego autem in dño speraui: et exultabo et letabor in mia tua.
Quoniã respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam.
Nec cõclusisti me in manibus inimici: statuisti i loco spacioso pedes meos.
Miserere mei dñe quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus anima mea et venter meus.
Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.
Infirmata est i paupertate virtus mea: et ossa mea cõturbata sunt.
Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis.
Qui videbant me foras fugerũt a me: obliuioni datus sum tãq̃ mortuus a corde.
Factus sum tanq̃ vas perditũ: quoniã audiui vituperationẽ multorum cõmorãtium in circuitu.
In eo dum conuenirẽt simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.
Ego autẽ in te speraui te dñe.

dixi deus meus es tu: in manibus
tuis sortes mee.
Eripe me de manu inimicorũ meo
rum: et a persequentibus me.
Illustra faciem tuam super ser=
uum tuum saluum me fac in miseri
cordia tua domine: non confundar
quoniam inuocaui te.
Erubescãt impij et deducãtur in
infernũ: muta fiãt labia dolosa.
Que loquũtur aduersus iustũ ini
quitatẽ: in superbia et in abusione
Quam magna multitudo dulcedi
nis tue domine: quam abscondisti
timentibus te.
Perfecisti eis qui sperant in te: in
conspectu filiorum hominum.
Abscondes eos in abscondito faci
ei tue: ã conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo
a contradictione linguarum.
Benedictus dominus: quoniã mi
rificauit misericordiam suam mi=
hi / in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mẽtis
mee: proiectus sum a facie oculo=
rum tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis
mee: dum clamarem ad te.
Diligite dominum omnes sancti
eius: quoniam veritatem requiret
dominus / ⁊ retribuet abũdãter fa
cientibus superbiam.
Viriliter agite et confortetur cor
vestrũ oẽs qui speratis in dño.
Gloria pr̄i. Sicut erat. ps. xxxi.
Beati quorum remisse sunt
iniquitates: et quorum te=
cta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit do
minus peccatum: nec est in spiritu
eius dolus.
Quoniã tacui inueterauerunt os
sa mea: dum clamarem tota die.
Quoniã die ac nocte grauata est su=
per me manus tua: cõuersus sum
in erũna mea dũ configitur spina.
Delictũ meũ cognitũ tibi feci: et
iniusticiam meã non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me in
iusticiam meã domino: et tu remi=
sisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te oĩs sanctus:
in tempore oportuno.
Verũtamẽ in diluuio aquarũ mul
tarũ: ad eũ nõ approximabunt.
Tu es refugiũ meũ a tribulatio=
ne que circundedit me: exultatio
mea erue me a circundantibus me
Intellectum tibi dabo ⁊ instruam
te in via hac qua gradieris: firma=
bo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus:
in quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eorũ
constringe: qui non approximant
ad te.
Multa flagella peccatoris: speran
tem autem in domino misericordia
circundabit.
Letamini in domino et exultate
iusti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde.
Gloria patri. An. In tua iusticia libe=
ra me domine. Psalmus. xxxij.
Exultate iusti in domino: re=
ctos decet laudatio.
Confitemini dño in cythara: i psal
terio decẽ cordarũ psallite illi.
Cantate ei canticum nouum: be=
ne psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbū domini: & omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiā et iudicium: misericordia dñi plena est terra.
Verbo dñi celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Congregans sicut in utre aquas maris: ponēs in thesauris abyssos.
Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.
Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.
Dñs dissipat consilia gentiū / reprobat autem cogitationes populorū: & reprobat consilia principum
Consilium autem dñi in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatiōe et generationem.
Beatus gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.
De celo respexit dominus: vidit omnes filios hominum.
De preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit singillatī corda eorū: qui intelligit omnia opera eorum.
Non saluatur rex per multam virtutem: et gygas non saluabitur in multitudine virtutis sue.
Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sue non saluabitur.
Ecce oculi domini super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dñm: quoniā adiutor et protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrū: & in nōie sancto eius sperauimus.
Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. Psalmus. xxxiij.
Benedicam dominum in omni tempore: semper laus ei⁹ in ore meo.
In dño laudabitur aīa mea: audiant mansueti et letentur.
Magnificate dñm mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dominum & exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eū & illuminamini: & facies vestre nō confundentur.
Iste pauper clamauit & dñs exaudiuit eū: et ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
Immittit angelus dñi in circuitu timentium eum: et eripiet eos.
Gustate et videte qm̄ suauis est dñs: beat⁹ vir qui sperat in eo.
Timete dominum omēs sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autē dominum nō minuentur omni bono.
Venite filij audite me: timorem domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam diligit dies videre bonos.
Prohibe linguam tuam a malo: et labia mea ne loquantur dolum.
Diuerte a malo et fac bonum: inquire pacem et persequere eam.

Oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eorum.
Uultus autem domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti ⁊ dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit.
Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberauit eos dñs.
Custodit dñs omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquẽt.
Redimet dominus animas seruorum suorum: et non delinquet omnes qui sperant in eo.
Gloria patri ⁊ filio. An. Rectos decet collaudatio. Psalmus. xxxiiij.
Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameam et conclude aduersus eos qui persequũtur me: dic anime mee salus tua ego sum.
Confundantur et reuereantur: querentes animam meam.
Auertãtur retrorsum ⁊ ꝯfundantur: cogitantes mihi mala.
Fiãt tanq̃ puluis ante faciẽ uenti: et angelus dñi coartans eos.
Fiat uia illorum tenebre ⁊ lubricũ: ⁊ angelus dñi persequens eos.
Quoniã gratis abscõderũt mihi interitũ laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.
Ueniat illi laqueus quẽ ignorat: et captio quã abscondit apprehendat eũ/ ⁊ in laqueũ cadat in ipsum.
Anima autẽ mea exultabit ĩ dño: et delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tibi
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum et pauperem a diripientibus eum.
Surgẽtes testes iniqui: que ignorabant interrogabant me.
Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem anime mee.
Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.
Humiliabam ĩ ieiunio animã meam: et oratio mea in sinu meo conuertetur.
Quasi proximũ et quasi fratrem nostrũ sic cõplacebã: quasi lugẽs ⁊ contristatus sic humiliabar.
Et aduersum me letati sunt ⁊ cõuenerunt: congregata sunt super me flagella et ignoraui.
Dissipati sunt nec conpuncti temptauerunt me/ subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
Domine quando respicies restitue animam meam a malignitate eorum: a leonibus unicam meam.
Cõfitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique: qui oderũt me gratis et annuũt oculis.
Quoniã mihi quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant.

Et dilatauerunt super me os su-um: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri.
Uidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me.
Exurge et intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in causam meam.
Iudica me secundum iusticiā tuam domine deus meus: et non supergaudeant mihi.
Non dicant in cordibus suis: euge euge anime nostre: nec dicāt devorabimus eum.
Erubescant et reuereātur simul: qui gratulantur malis meis.
Induantur cōfusione et reuerentia: qui maligna loqūtur sup me.
Exultent et letentur qui volunt iusticiam meam: et dicant semper magnificetur dominus qui volūt pacem serui eius.
Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam: tota die laudem tuam. Psalmus. xxxv.

Dixit iniustus vt non delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in cōspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Uerba oris ei9 iniquitas et dol9: noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatē meditatus est in cubili suo/ astitit enim omni vie non bone: maliciam autem non odiuit.
Domine in celo misericordia tua: et veritas tua vsq3 ad nubes.
Iusticia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa.
Homines et iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.
Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen.
Pretende misericordiam tuā scientibus te: et iusticiam tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbie: et manus peccatoris nō moueat me.
Ibi ceciderunt qui operātur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare. Gloria. Ān. Expugna impugnantes me. Psalmus. xxxvi.

Noli emulari in malignantibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatem.
Quoniā tanq̄ fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident.
Spera in domino et fac bonitatem: et inhabita terrā et pasceris in diuitijs eius.
Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui.
Reuela domino viam tuam: et spera in eo et ipse faciet.
Et educet quasi lumen iusticiam tuam: et iudiciū tuū tanq̄ meridiem/ subditus esto dn̄o et ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: et in homine facientē iniusticias.
Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulare vt maligneris.

Quoniã qui malignantur exter=minabuntur: sustinẽtes autem dominum ipsi hereditabunt terram.

Et adhuc pusillum ⁊ non erit peccatoꝛ: et queres locum eius et non inuenies.

Mansueti autẽ hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.

Obseruabit peccatoꝛ iustum: et stridebit super eum dentibus suis.

Dñs autem irridebit eũ: quoniã pꝛospicit ꝙ veniat dies eius.

Gladium euaginauerũt peccatores: intenderunt arcum suum.

Ut decipiant pauperẽ et inopem. vt trucident rectos coꝛde.

Gladius eoꝛũ intret in coꝛda ipsorum: et arcus eoꝛũ cõfringatur.

Melius est modicum iusto: super diuitias peccatoꝛum multas.

Quoniã bꝛachia peccatoꝛũ cõterẽtur: cõfirmat autem iustos dñs.

Nouit dñs dies immaculatoꝛum: et hereditas eoꝛũ in eternũ erit.

Non cõfundentur in tempoꝛe malo: et in diebus famis saturabũtur quia peccatoꝛes peribunt.

Inimici vero dñi mox vt honoꝛificati fuerunt ⁊ exaltati: deficiẽtes quemadmodũ fumus deficient.

Mutabitur peccatoꝛ et nõ soluet: iustus autẽ miseretur et tribuet.

Quia benedicẽtes ei hereditabũt terram: maledicentes autem ei disperibunt.

Apud dñm gressus hominis dirigetur: et viam eius volet.

Cum ceciderit iustus non collidetur: quia dominus supponit manum suam.

Junioꝛ fui etenim senui/ et nõ vidi iustum derelictum: nec semen eius querens panem.

Tota die miseretur et cõmodat: et semen eius in benedictione erit.

Declina a malo et fac bonum: et inhabita in seculum seculi.

Quia dominus amat iudicium: ⁊ nõ derelinquet sanctos suos in eternum cõseruabuntur.

Iniusti punientur et semen impioꝛum peribit

Iusti autem hereditabũt terram et inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium.

Lex dei eius in coꝛde ipsius: ⁊ nõ supplantabitur gressus eius.

Considerat peccatoꝛ iustum: et querit moꝛtificare eum.

Dominus autem nõ derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Expecta dominum et custodi viam eius/ et exaltabit te vt hereditate capias terram: cum perierint peccatoꝛes videbis.

Uidi impium superexaltatum: et eleuatum sicut cedꝛos libani.

Et trãsiui ⁊ ecce nõ erat: quesiui eũ et nõ est inuentus locus eius.

Custodi innocẽtiam et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.

Iniusti autem disperibũt simul: reliquie impioꝛum interibunt.

Salus autem iustoꝛum a domino et pꝛotectoꝛ eoꝛum est in tempoꝛe

tribulationis.

Et adiuuabit eos dominus & libe rabit eos: et eruet eos a peccatoribus et saluabit eos/ quia sperauerunt in eo. Psalmus xxxvij.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et cõfirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniã iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt sup me.

Putruerũt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum et curuat⁹ sum vsqz in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflict⁹ sum & humiliat⁹ sum nimis rugiebã a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea & lumen oculorum meorum/ & ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant de lõge steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebãt mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos totã die meditabantur.

Ego autem tanq̃ surdus nõ audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meus.

Quia dixi nequãdo sup gaudeãt mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quoniam ego ĩ flagella paratus sum: et dolor meus in ꝯspectu meo semper.

Quoniã iniquitatẽ meã annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuunt & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuũt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domĩe deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meũ: domine deus salutis mee.

Gloria patri. an. Reuela dño viã tuã. V. Dñe in celo mĩa tua. R. Et veritas tua vsqz ad nubes. Lectiões & Responsoria de eadem feria. Ante laud. V. Fiat mĩa tua domine super nos. R. Quẽadmodum sperauimus in te. Iste V. dr ante lau. in oĩbus feriis a Domine ne in ira. vsqz ad. xl. Et a Deus oim. vsqz ad aduentũ dñi quãdo de feria agitur. In laudibus. Psalmus. l.

Miserere mei deus: secūdū magnā misericordiā tuā.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meā ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui ꝛ malum corā te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis/et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me domīe ysopo ꝛ mūdabor: lauabis me et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū ꝛ leticiam: et exultabūt ossa humiliata
Auerte faciē tuā a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: ꝛ spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: ꝛ spiritū sanctū tuū ne auferas a me.
Redde mihi leticiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuam.
Domīe labia mea aperies: ꝛ os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniā si voluisses sacrificium dedissem: vtiq; olocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et olocausta: tūc imponent super altare tuū vitulos.
Gloria patri. Añ. Miserere mei deus. ps.v. Uerba mea. vt s̄ fol.ij. ant. Intellige clamorē meū dn̄e. Añ. Deus deus meus ad te de luce vigilo. ps. Ipsum.

Confitebor tibi dn̄e quoniā iratus es mihi: cōuersus est furor tuus et cōsolatus es me. Isa. xij.
Ecce deus saluator meus: fiducialiter agam et non timebo.
Quia fortitudo mea et laus mea dn̄s: ꝛ factus est mihi in salutem.
Haurietis aquas ī gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die confitemini domino et inuocate nomen eius.
Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius.
Cantate domino quoniam magnifice fecit: annunciate hec in vniuersa terra.
Exulta et lauda habitatio syon: qui magnus in medio tui sanctus israel.
Gloria patri ꝛ filio: ꝛ spūi sancto.
Sicut erat. Añ. Conuersus est furor tuus domine et cōsolatus es me. Añ. Laudate dn̄m de celis. ps. Ipsum. Capit.

Vigilate et orate: state in fide: viriliter agite et confortamini: et omnia vestra in caritate fiat. Hoc cap. dr omnibus fer. ad lau. a. Domine ne in ira. usque ad caput ieiunii: et a. Deus om. usque ad adventum dni quando de feria agitur. a. Domine ne in ira. usque ad .xl. quando de .ii. fer. agitur dicitur ad lau. sequens Hymnus.

Splendor paterne glorie / de luce lucem proferens: lux lucis et fons luminis / dies diem illuminans.

Verusque sol illabere/micans nitore perpeti: iubarque sancti spiritus infunde nostris sensibus.

Votis vocemur te patrem/ patrem perennis glorie: patrem potentis gratie/culpam releget lubricam.

Informet actus strenuos/ dentem retundat invidi: casus secundet asperos / donet gerendi gratiam.

Mentem gubernet et regat/ casto fideli corpore: fides calore ferveat fraudis venena nesciat.

Christusque nobis sit cibus / potusque noster sit fides: leti bibamus sobrie/ebrietatem spiritus.

Letus dies hic transeat pudor sit diluculum: fides velut meridies crepusculum mens nesciat.

Aurora cursus provehit / aurora totus prodeat: in patre totus filius/ et totus in verbo pater.

Deo patri sit gloria/eiusque soli filio: cum spu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen. V. In matutinis domine meditabor in te. R. Quia fuisti adiutor meus. Per estatem dr hym. Ecce iam noctis. In matutinis. Iste V. dr omnibus fer. ad lau. a. Domine ne in ira. usque ad .xl. et a. Deus om. usque ad adven. dni quando de feria agitur. an. Benedictus deus israel. ps. Ipsum. Deinde dicantur preces feriales hoc modo.

Kyrie eleyson. iii. Christe eleyson. iii. Kyrie eleyson. iii. Pater noster. Et ne nos. Sed libera

Ego dixi domine miserere mei. Sana animam meam quia peccavi tibi.

Convertere dne usquequo. Et deprecabilis esto super servos tuos.

Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum speravimus in te.

Sacerdotes tui induantur iusticiam. Et sancti tui exultent.

Domine salvum fac regem. Et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

Salvos fac servos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te.

Salvum fac populum tuum dne: et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos usque in eternum.

Domine fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus pro fidelibus defunctis Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.

Exaudi dne vocem meam qua clamavi ad te. Miserere mei et exaudi me. ps. Miserere mei deus totus ps. dicatur sine nota cum Gloria patri. et Sicut erat. Finito ps. solus sacerd. erigat se: et ad gradum ch. accedat .s. ad mat. et ad ves. tunc dicendo hos V.

Exurge dne adiuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

Dne deus virtutum converte nos.

Et ostēde faciē tuā ꝛ salui erimus.
Dn̄e exaudi. Et clamor.
Dn̄s vo. Et cū spū tuo. Oremus.
In aduē. dn̄i qn̄ de fer. agit: dicūt
mēo. ad matu. an̄. Spiritussanctus in
te descendet maria: ne timeas habēs in vte
ro filium dei alleluya. ℣. Egredietur vir-
ga de radice iesse. ℟. Et flos de radice
eius ascendet. Oratio

DEus qui de beate marie vir
ginis vtero verbū tuum an
gelo nunciante carnē suscipere vo-
luisti: presta supplicibꝰ tuis / vt qui
vere eam dei genitricē credimus:
eius apud te intercessionibus adiu
uemur. Per eundē christū. Mēo.
de omnibꝰ sctis. an̄. Ecce dominus ve
niet et omnes sancti eius cum eo: et erit in
die illa lux magna alleluya. ℣. Ecce appa-
rebit dominus super nubem candidā. ℟.
Et cum eo sanctorum milia. Oratio.

COnscientias nostras quesu
mus dn̄e visitando purifica
vt veniens iesus christus filius tu
us dominus noster cum omnibus
sanctis: paratam sibi in nobis inue
niat mansionē. Qui tecū vi. ꝛc. Ad
vesperas. ꝛc. Ab octaua scti stepha
ni vsq; ad puri. quotidie fiat mēo.
de sctā maria: de quacūq; fiat ser-
uit. tā ad ves. q̄ ad matu. nisi i. vigi.
epyphanie et in die eiusdē. In fest.
ix. lectionū ꝛ īfra octauas ꝛ in octa
ua quādo cho. regitur. Et in domi-
nica do. ad vtrasq; vesperas cum
hac: an̄. Quando natus es ineffabiliter
ex virgine tunc implete sunt scripture si-
cut pluuia in vellus descendisti vt saluum
faceres genus humanū te laudamus deus
noster. Et ad mat. cū hac. an̄. Ecce ma
ria genuit nobis saluatorē: quem iohan-
nes videns exclamauit dicens: ecce agnus
dei: ecce qui tollit peccata mundi alleluya.
In fer. iio ꝛ in fes. iij. lec. sine regi.
cho. ad ves. dr̄ hec. an̄. Rubū quē vide
rat moyses incombustū conseruatā agno
uimus tuam laudabilem virginitatē dei
genitrix intercede pro nobis. Et ad ma-
tu. cū hac. an̄. Germinauit radix iesse
orta est stella ex iacob: virgo peperit salua
torem: te laudamus deus noster. Et ad
matu. dr̄ se mp ℣. Post partū. Et ad
ves. dr̄ ℣. Speciosus forma pre filijs ho
minum. ℟. Diffusa est gratia in labijs tu
is. Non dicitur vlterius. Oratio.

DEus qui salutis eterne bea
te marie virginitate fecun
da hūano generi p̄mia p̄stitisti tri
bue quesumus: vt ipsam pro nobis
intercedere sentiamꝰ: per quā me-
ruimus auctorē vite suscipere do-
minum nostrū iesum christū filium
tuū. Deinde fiat mēo. de oībꝰ san-
ctis in fer. ꝛ in fer. sine regi. cho. ad
ves. ꝛ ad matu. Post puri. vero ad
matu. dr̄ hec. an̄. Beata mater ꝛ innu-
pta virgo gloriosa regina mūdi: itercede
pro nobis ad dn̄m. ℣. Post partū. Orō.
Famulorū. vel orō. Omnipotens
sempiterne deus. vt posteriꝰ patet
Non dicit. orō. Cōcede quesumus
miserē deꝰ. ad mēo. de sctā maria
nisi ad ,pce. tm̄. Mēo. de oībꝰ sctis
Ad matu. an̄. Exultabūt. ℣. Mirabilis
orō. Infirmitatē. vel orō Oīm san
ctorum. vel oratio. Uide domine.
vel oratio. Tribue. Post purifica-
tionem ad mēo. de sctā maria dicā-
tur. an̄e. sicut post historiam. Deus
oīm. Et etiā de oībꝰ. sctis. ad ves. et

ad memo. de pasc. tpe. ¶ Fer. scda post oct. trinitatis et ab hinc. vsqz ad adue. dñi: tam in fer. quã in fes. iii. lectio. sine regi. cho. et in octa. ⁊ infra quã cho. nõ regit dicant he tres memo. scz de cruce/de sctã maria: ⁊ de oib⁹ sctis. Cum vero in fer. iii. lect. aliqd fes. cõtig. tunc in primis fiat memo. de scto: ⁊ postea memo. supradicte. Per oct vero reliquiarũ: siue de sctis siue de fer. semper fiat in primis memo. de cruce. Ad matutinas ãn Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. ℣. Omnis terra adoret te deus ⁊ psallat tibi. ℟ Psalmum dicat nomini tuo. Oratio.

DEus qui sanctam crucẽ tuam ascendisti ⁊ mundi tenebras illuminasti: tu corda et corpora nostra illuminare dignare saluator mundi. Qui viuis et regnas cum deo. Uel Oratio.

PErpetua quesumus dñe pace custodi: quos per lignum sancte crucis redimere dignat⁹ es saluator mundi. Qui viuis et regnas cum deo. Memoria de sancta maria ad matutinas. ãn. Beata mater et innupta. vt prime supra. ℣. Post partum virgo. Oratio.

ADesto nobis domine deus noster: et quos sancte crucis letari facis honore: eius quoqz perpetuis defende subsidiis. Per christum dominum. Uel Oratio.

FAmulorum tuorum quesumus domine delictis ignosce vt qui tibi placere de actib⁹ nostris non valemus: genitricis filii tui domini dei nostri intercessione saluemur. Per eũ. Uel Oratio.

OMnipotẽs sempiterne deus nos famlos tuos dextera tue potentie a cunctis protige periculis: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione: fac nos presenti gaudere prosperitate et futura. Per christũ dñm. Nõ dr. Oro. Cõcede qs mi. ad memo. de sancta maria per totũ annũ: sed ad vesp. et ad completo. de ea tñ. Mẽo. de oib⁹ sctis ad matut. ãn. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Mirabilis deus in sanctis suis. ℟. Et gloriosus in maiestate sua. Oratio.

INfirmitatem nostram quesumus dñe propicius respice: vt mala omnia que iuste meremur omniũ sanctor tuorũ intercessione auerte. Per. Uel Oratio.

OMnium sanctorum tuorum quesumus domine intercessione placatus: et veniam delictorum nobis tribue: et remedia sempiterna concede Per. Uel oratio.

UIde domine infirmitates nostras: et intercedẽtibus oibus sanctis tuis: celeri nobis pietate succurre. Per. Uel oratio.

TRibue qs dñe oẽs sctõs tuos iugiter orare pro nobis: et eos semp clemẽter audire digneris. Per. Mẽo. de cruce ad ves. ãn. Salua nos xpe saluator per virtutẽ sctẽ crucis qui saluasti petrũ in mari miserere nobis. ℣. Ois terra. Uel. ãn. Per signũ crucis de inimicis nr̃is libera nos deus noster. Uel ãn. Adoram⁹ te xpe ⁊ bñdicim⁹ tibi qr per crucẽ tuã redemisti mundũ. ℣. Ois terra. Oro vt s̃ ad matut. Mẽo.

de sctā maria ad vs. ān. Sancta maria virgo intercede pro toto mundo quia genuisti regē orbis. V. Sācta dei genitrix virgo semꝑ maria. Uel ān. Sācta dei genitrix virgo semꝑ maria: itercede pro nobis ad dominū deū nostrū. V. Post partū. Uel. ān. In prole mater: i partu virgo: gaude et letare pia mater domini. V. Sctā dei ge. Oro vts ad mat. Mēo. de oib⁹ sctis ad ves. ān. Scti dei oēs qui estis cōsortes supnorū ciuiū: intercedite pro nobis. V. Letami. vel. Exultēt. vel ān. Oēs electi dei nrī mēoramini āte deū: vt vestris ꝑcibus adiuti mereamur vobis ad iungi. V. Letami. vel. Exultet. Uel ān. Sanctorū precib⁹ cunctorū redde salutem corporis ⁊ aie christe tuis famulis. V. Letami. Uel ān. O q̄ gloriosum est regnū in quo cū christo gaudēt oēs sancti amicti stolis albis: sequūtur agnum quocūq; ierit. V. Letami. Isti duo V. ad mēo. de oibus sctis nō variantur nisi cū V. Letamini. ad primas ves. vz: tunc ad mēo. de oib⁹ sctis dicet V. Exultēt. Simr ad mat. qn̄ V. Mirabilis de⁹. vz in lau. tūc ad mēo. de oib⁹ sctis dicet V. Iustorū aie. qd̄ ꝑ totū ānū obseruet: nisi i aduē. ⁊ i tpe pas. Oro vt supra ad matu. ¶ Feria. iij. ad matu. Inuit. Iubilem⁹ deo salutari nostro. ps. Uenite. A Dominica ue in ira vsq; ad. xl. quādo de. iij. feria agitur dicit ad matu. sequēs Hymnus.



Consors pater ni luminis lux lucis ipse ⁊ dies: noctē canēdo rūpim⁹/assiste postulātib⁹

Aufer tenebras mētiū fuga cateruas demonum/expelle sumnolentiam/ne pigritantes obruat.

Sic christe nobis oib⁹/indulgeas credētibus: vt prosit exorantibus/quod precinentes psallimus.

Presta pater pissi. Per estatem. Hymn⁹. Nocte sur. ps. xxxviij.



Dixi custodiā vias meas: vt non delinquam in lingua mea.

Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me.

Obmutui ⁊ humiliat⁹ sum ⁊ silui a bonis et dolor me⁹ renouat⁹ est.

Concaluit cor meū itra me ⁊ in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi dn̄e finē meum.

Et numerum dierū meorū qui est: vt sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: ⁊ substantia mea tanq̄ nihilum ante te.

Uerūtamē vniuersa vanitas: omnis homo viuens.

Uerūtamē in imagine pertransit homo: sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat: et ignorat cui congregabit ea.

Et nūc q̄ est expectatio mea nōne dn̄s: ⁊ substantia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui et nō aperui os meum quoniā tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tue ego defeci: in increpationibus ꝑpter ini-

quitatē corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneā animam eius: verūtamen vane cō turbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam domi= ne: et deprecationē meam auribus percipe lachrymas meas.
Ne sileas quoniā aduena ego sum apud te: et peregrinus sicut om= nes patres mei.
Remitte mihi vt refrigerer prius ꝙ abeā: ꝛ āplius nō ero. ps. xxxix.
Expectās expectaui dominū: et intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas: et e= duxit me de lacu miserie et de luto fecis.
Et statuit supra petrā pedes me os: et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticum nouum: carmen deo nostro.
Videbūt multi et timebunt: ꝛ spe rabunt in domino.
Beatus vir cuius est nomen do= mini spes eius: et nō respexit in va nitates et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus me us mirabilia tua: ꝛ cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi
Annunciaui et locutus sum: mul tiplicati sunt super numerum.
Sacrificium et oblationem nolui sti: aures autē perfecisti mihi.
Olocaustum ꝛ pro peccato nō po stulasti: tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptū est de me / vt facerem voluntatem tuam de= us meus volui: et legem tuam in medio cordis mei.
Annunciaui iusticiam tuam in ec= clesia magna: ecce labia mea nō pro hibebo domine tu scisti.
Iusticiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam ꝛ salu= tare tuum dixi.
Non abscondi misericordiā tuā ꝛ veritatē tuā: a cōsilio multo.
Tu autem domine ne longe faci= as miserationes tuas a me: miseri cordia tua et veritas tua semper su sceperunt me.
Quoniam circundederūt me ma la quorum non est numerus: cōpre= henderunt me iniquitates mee: ꝛ non potui vt viderem.
Multiplicate sunt sup capillos ca pitis mei: ꝛ cor meū dereliquit me.
Complaceat tibi dn̄e vt eruas me dn̄e ad adiuuandū me respice.
Confundantur et reuereantur si mul qui querunt animam meam: vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum ꝛ reue reantur: qui volunt mihi mala.
Ferant cōfestim cōfusionē suam: qui dicunt mihi euge euge.
Exultent et letentur super te om nes querentes te: ꝛ dicant semper magnificetur dominꝰ qui diligūt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum ꝛ pau= per: dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus ꝛ protector meus es tu: deus meus ne tardaueris.
Gloria patri. an. Ut non delinquam in lingua mea. Psalmus. xl.
Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus.
Dominus cōseruet eum et viuifi

cet eum et beatū faciat eum in terra: et non tradat eum in animā inimicorum eius.
Dñs opem ferat illi super lectum doloris ei⁹: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi dñe miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi: quādo morietur ꝛ peribit nomē eius.
Et si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras: ꝛ loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nūquid qui dormit non adijciet vt resurgat.
Etenim homo pacis mee i quo speraui qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplantationē
Tu autem domine miserere mei: et resuscita me et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiā suscepisti: ꝛ confirmasti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dñs deus israel: a seculo ꝛ in seculū fiat fiat. ps. xlj.

Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei.
Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi in me animam meam: quoniā transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq ad domum dei.
In voce exultationis et confessionis: sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me.
Spera in deo quoniā adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis ꝛ hermonij a mōte modico.
Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me transierunt.
In die mandauit dñs misericordiam suā: et nocte canticū eius.
Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei: et quare contristatus incedo / dum affligit me inimicus.
Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi: qui tribulant me inimici mei.
Dum dicūt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus.
Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Gloria patri. Aña. Sana domine aīam meā

quia peccaui tibi. Iste psalmus nō dicitur ad noct. ps. xlij. Iudica me deus et discerne. Psalmus. xliij.

Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annūciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in dieb⁹ eorum: et in diebus antiquis.
Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos.
Nec enim i gladio suo possederūt terram: et brachium eorum nō saluauit eos.
Sed dextera tua et brachium tuum et illuminatio vultis tui: quoniam complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas salutes iacob.
In te inimicos nostros ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos cōfudisti
In deo laudabimur tota die: et in noie tuo ꝯfitebimur tibi in seculū.
Nunc autem repulisti et cōfudisti nos: et non egredieris deus in virtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: et qui oderunt nos diripiebant sibi.
Dedisti nos tanꝗ oues escarū: ꝛ in gentibus dispersisti nos.
Uendidisti populum tuū sine precio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum.
Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationē et derisum his qui in circuitu nostro sunt.
Posuisti nos in similitudinē gētibus: cōmotionē capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me est: ꝛ confusio faciei mee cooperuit me.
A voce exprobrātis et obloquentis: a facie inimici et persequentis
Hec omnia venerūt super nos nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor nostrū: ꝛ declinasti semitas nr̄as a via tua.
Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis.
Si obliti sumus nomē dei nostri: et si expandim⁹ manus nostras ad deum alienum.
Nonne deus requiret ista: ipse enim nouit abscondita cordis.
Quoniā propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis.
Exurge quare obdormis dn̄e: exurge et ne repellas in finem.
Quare faciem tuā auertis obliuisceris inopie nostre: et tribulationis nostre.
Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: cōglutinatus est in terra venter noster.
Exurge dn̄e adiuua nos: et redime nos ꝑpter nomē tuū. ps. xliiij.

Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis.

Speciosus forma pre filijs hominũ: diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea benedixit te deꝰ in eternũ
Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.
Specie tua et pulchritudine tua: intẽde prospere procede ⁊ regna.
Propter veritatem et mãsuetudinem et iusticiã: et deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in seculũ seculi: virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre cõsortibus tuis
Mirra et gutta et casia a vestimẽtis tuis a domibꝰ eburneis: ex quibus delectauerũt te filie regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circũdata varietate
Audi filia et vide ⁊ inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum/et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuũ: quoniam ipse est dominus deus tuus et adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus: vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis: circumamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultatione: adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.
Memores erunt nois tui dñe: in omni gñatione ⁊ generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi in eternũ: et in seculum seculi.
Gloria patri. ãn. Eructauit cor meum verbum bonum. Psalmus. xlv.
Deus noster refugiũ et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit vocem suã mota est terra.
Dominus virtutũ nobiscum: susceptor noster deus iacob.
Venite et videte opera dñi: que posuit prodigia super terram.
Auferent bella vsq; ad finem terre: arcum conteret et confringet arma: et scuta comburet igni.
Vacate et videte quoniã ego sum dñs: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.
Dñs virtutũ nobiscum: susceptor noster deus iacob. Psalmus. xlvi.
Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce ex

ultationis.
Quoniam dñs excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram.
Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam: speciem iacob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et dominus in voce tube.
Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.
Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter.
Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedē sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum deo abrahā: quoniam dij fortes terre vehementer eleuati sunt. Gloria patri. Añ. Adiutor in tribulationibus. Psalmus. xlvij.

Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuerse terre mons syon latera aquilonis: ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges terre cōgregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi videntes sic admirati sunt / conturbati sunt commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturiētis: in spū vehementi cōteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum / in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum.
Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui.
Secundum nomē tuum deus sic et laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua.
Letetur mons syon et exultent filie iude: propter iudicia tua dñe.
Circundate syon et complectemini eam: narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute eius: et distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.
Quoniā hic est deus deus noster in eternū et in seculū seculi ipse reget nos in secula. Ps. xlviij.

Audite hec omnes gētes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.
Quicq terrigine et filij hominū: simul in vnum diues et pauper.
Os meum loquetur sapientiā: et meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam
Cur timebo in die mala iniquitas calcanei mei circundabit me.
Qui cōfidūt in virtute sua: et in multitudine diuitiarū suarū gloriātur.
Frater nō redimit redimet homo et nō dabit deo placationem suam.
Et precium redemptionis anime sue: et laborabit in eternū et viuet adhuc in finem.
Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiens et stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie

et progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.
Et homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparat⁹ est iumẽtis insipiẽtibus/ et similis factus est illis.
Hec via illorum scandalum ipsis: et postea in ore suo complacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabũtur eorũ iusti in matutino: et auxiliũ eorũ veterascet in inferno a gloria eorum.
Verũtamẽ deus redimet animã meã de manu iferi: cũ acceperit me
Ne timueris cũ diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.
Qm̃ cũ interierit nõ sumet oĩa: neq̃ descendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit vsq̃ in progenies patrum suorũ: et vsq̃ in eternum nõ videbit lumen.
Homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis.
Gloria patri. Añ. Auribus percipite qui habitatis orbem. Psalmus. xlix.
Deus deorum dñs locutus est: et vocauit terram.
A solis ortu vsq̃ ad occasum: ex syon species decoris eius.
Deus manifeste veniet: deus noster et non silebit
Ignis in ↄ̃spectu ei⁹ exardescet: et in circuitu eius tẽpestas valida.
Aduocauit celũ desursum: ⁊ terram discernere populum suum.
Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.
Et annunciabũt celi iusticiã eius: quoniam deus iudex est.
Audi populus meus et loquar israel: et testificabor tibi deus deus tuus ego sum.
Non in sacrificijs tuis arguam te: olocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiã de domo tua vitulos: neq̃ de gregibus tuis hircos.
Quoniã mee sunt omnes fere siluarũ: iumẽta in mõtibus et boues.
Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero nõ dicã tibi: meus est enim orbis terre ⁊ plenitudo eius.
Nũquid mãducabo carnes thaurorũ: aut sanguinẽ hyrcorũ potabo.
Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulatiõis: et eruam te et honorificabis me.
Peccatori autẽ dixit deus quare tu enarras iusticias meas: et assumis testamentũ meũ per os tuum
Tu vero odisti disciplinam: ⁊ proiecisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem currebas cum eo: et cum adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuum abũdauit malicia: et lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: ⁊ aduersus filium matris tue ponebas scandalum: hec fecisti et tacui.
Existimasti inique q̃ ero tui simi

lis: arguam te et statuam contra faciem tuam.
Intelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat / et non sit qui eripiat.
Sacrificiu laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendā illi salutare dei. Non dicit ad noct. Iste psalmus. l. Miserere. &c. ps. li.
Quid gloriaris i malicia: qui potens es iniquitate.
Tota die iniusticiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti maliciam super benignitatem: iniquitatem magis q̄ loqui equitatem.
Dilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa.
Propterea deus destruet te in finem: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo / et radicem tuam de terra viuentium.
Videbūt iusti et timebūt et super eum ridebūt et dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorē suū
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua.
Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternū & in seculū seculi.
Cōfitebor tibi in seculū quia fecisti: & expectabo nomen tuū qm̄ bonū est in cōspectu sanctorū tuorum
Gloria patri. an. Deus deorū dn̄s locutus est. V. Immola deo sacrificiū laudis. R. Et redde altissimo vota tua. Isti lō. V. Fiat mia tua. In lau. an. Secundū magnā mīam tuā: miserere mei deus.

ps. Miserere mei deus. ps. xlii.
Iudica me deus et discerne causam meā de gēte nō sctā: ab hoie iniquo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: & quare tristis incedo / dū affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et veritatē tuam: ipsa me deduxerūt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutē meam.
Confitebor tibi in cythara deus deus meus quare tristis es anima mea: et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Gloria. an. Salutare vultus mei & deus me. an. Ad te de luce vigilo. ps. Deus deus me ad. Canticū ezechie.
Ego dixi in dimidio dierū meorum: vadā ad portas inferi. Isa. xxxviii.
Quesiui residuum annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viuentium.
Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est et conuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.
Precisa est velut a texēte vita mea dum adhuc ordirer succidit me.
De mane vsq; ad vesperā finies me: sperabā vsq; ad mane quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.
De mane vsq; ad vesperā finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo / meditabor vt columba.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.
Domine vim patior responde pro me: quid dicam aut quid respondebit mihi/ cum ipse fecerim.
Recogitabo omnes annos meos: in amaritudine anime mee.
Domine si sic viuitur et in talibus vita spiritus mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Tu autem eruisti animã meam vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia nõ infern⁹ cõfitebit̃ tibi neqꝫ mors laudabit te: nõ expectabũt qui descẽdũt in lacũ veritatẽ tuã.
Viuens viuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filijs notam faciet veritatẽ tuam.
Domine saluum me fac: et psalmos nostros cantabim⁹ cũctis dieb⁹ vite nostre in domo dñi. Gloria. ãn. Cunctis diebus vite nostre saluos fac nos domine. ãn. In excelsis laudate deũ. ps. Laudã. cꝑ. Uigilate. ℟ Dñe ne in ira. vsqꝫ ad .xl. qñ de iij. feria agitur: dicitur ad laudes sequẽs hymn⁹.

Ales diei nũcius/ lucẽ propinquã precinit: nos excitator mẽtiũ/ iam christ⁹ ad vitã vocat.
Auferte clamat lectulos/ egros sopore desides: castiqꝫ recti ac sobrij vigilate iam sum proximus.
Iesum ciamus vocibus/ flentes precantes sobrie: intenta supplicatio dormire cor mundum vetat.
Tu criste somnũ discute/ tu rũpe noctis vincula: tu solue peccatũ vetus: nouumqꝫ lumẽ ingere.
Deo patri. ℣. In matutinis. cꝑ. Uigilate. Per estatẽ. hy⁹. Ecce iã noc. ℣. In matutinis. ãn. Erexit dñs nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. ps. Bñdict⁹. Preces vt s. i. ij. fer. Oro vt decet. Cetera vt s. ¶ Feria .iiij. Inuitat. In manu tua domine. Omnes fines terre. ps. Uenite. ℟ Domine ne in ira. vsqꝫ ad. xl. qñ de. iiij. feria agitur dicit̃ ad matut. sequẽs hy⁹.

Rerũ creator optime/ rectorqꝫ noster aspice: nos a quiete noxia/ mersos sopore libera.
Te christe sctẽ poscimus/ ignosce tu criminibus: ad cõfitendũ surgimus/ morasqꝫ noctis rũpimus.
Mentes manusqꝫ tollimus/ propheta sicut nouim⁹: nobis gerẽdũ precipit/ palusqꝫ gestis censuit.
Uides malũ quod gessim⁹/ occulta nostra pandim⁹: preces gementes fundimus/ dimitte quod peccauimus. Presta. Per estatẽ hy⁹. Nocte surgentes. Psalmus .lij.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus.
Corrupti sunt et abominabiles facti sunt iniquitatibus: nõ est qui faciat bonum.
Deus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerũt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum/ non est vsqꝫ ad vnum.
Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis.
Deũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerunt timore/ vbi non fuit timor.

Quoniã deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placent / cõfusi sunt quoniam deus sprevit eos.
Quis dabit ex syon salutare israel cum converterit deus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Non dicitur ad noct. iste. ps. liij. Deus in noie. ps. liiij.
Exaudi deus orationẽ meã: et ne despexeris deprecationẽ meam / intende mihi et exaudi me.
Cõtristatus sum in exercitatiõe mea: et cõturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris.
Quoniã declinauerunt in me iniquitates: et in ira molesti erãt mihi
Cor meũ conturbatũ est in me: et formido mortis cecidit super me.
Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre.
Et dixi quis dabit mihi pennas sicut colũbe: et volabo et requiescam
Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine.
Expectabã eũ qui saluũ me fecit: a pusillanimitate spũs et tẽpestate.
Precipita dñe diuide linguas eorum: quoniã vidi iniquitatẽ et contradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniusticia.
Et nõ deficit de plateis eius: vsura et dolus.
Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtiqz.
Et si is qui oderat me sup me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus.
Qui simul mecũ dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu.
Veniat mors super illos: et descendant in infernum viuentes.
Quoniã nequicie in habitaculis eorum: in medio eorum.
Ego autem ad deum clamaui: et dominus saluabit me.
Vespere et mane et meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animã meam ab his qui appropinquãt mihi: quoniam inter multos erant mecum.
Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula.
Non enim est illis commutatio et non timuerũt deum: extendit manum suam in retribuendo.
Contaminauerunt testamentũ eius: diuisi sunt ab ira vultus eius et appropinquauit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominũ curam tuam et ipse te enutriet: et non dabit in eternum fluctuationem iusto.
Tu vero deus deduces eos: in puteum interitus.
Viri saguinum et dolosi non dominabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.
Gloria patri. ãn. Auertet dominus captiuitatem plebis sue. Psalmus. lv.
Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.
Cõculcauerũt me iimici mei tota

die:qm̄ m̄lti bellãtes aduersũ me.
Ab altitudine diei timebo:ego vero in te sperabo.
In deo laudabo sermones meos in deo speraui:non timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabãtur aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.
Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos:in ira populos confringes.
Deus vitam meã annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.
Sicut in promissione tua: tũc conuertentur inimici mei retrorsum.
In quacunqȝ die inuocauero te: ecce cognoui quoniã deus meus es.
In deo laudabo verbũ: in dño laudabo sermonẽ/in deo speraui nõ timebo quid faciat mihi homo.
In me sunt deus vota tua:que reddam laudationes tibi.
Qm̄ eripuisti aiam meã de morte et pedes meos de lapsu:vt placeam corã deo in lumine viuẽtiũ. Ps. lvj.

Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo:donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi.
Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcãtes me.
Misit deus misericordiam suã et veritatẽ suam:et eripuit animam meã de medio catulorum leonum dormiui conturbatus.
Filij hominum dentes eorum arma et sagitte:et lingua eorum gladius acutus.
Exultare super celos deus: et in omnem terram gloria tua.
Laqueũ parauerũt pedibus meis: et incuruauerunt animã meam.
Foderunt ante faciem meam foueam:et inciderunt in eam.
Paratum cor meum deus paratum cor meũ: cantabo et psalmum dicam domino.
Exurge gl'ia mea exurge psalterium et cythara: exurgã diluculo.
Confitebor tibi in populis dñe: et psalmum dicã tibi in gentibus.
Quoniã magnificata est vsqȝ ad celos misericordia tua: et vsqȝ ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.
Gloria patri. An. Quoniam in te confidit anima mea. Psalmus. lvij.

Si vere vtiqȝ iusticiã loquimini: recte iudicate filij hoim̄.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniusticias manus vestre concinnant.
Alienati sunt pctõres a vulua: errauerunt ab vtero locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde et obturantis aures suas.
Que nõ exaudiet vocẽ incantantium: et venefici incantãtis sapiẽter.
Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonũ confringet dominus.

Ad nihilum deuenient tanq̄ aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferentur: supcecidit ignis et nō viderūt solē
Priusq̄ intelligerēt spine vestre rhamnum sicut viuentes: sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cū viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo si vtiq̄ est fructus iusto: vtiq̄ est deus iudicans eos in terra. Psalmus. lviii.

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgētibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatē: et de viris saguinū salua me.
Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.
Neq̄ iniquitas mea neq̄ peccatū meum domine sine iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occursum meum et vide: et tu dn̄e de⁹ virtutū de⁹ israel
Intende ad visitandas omnes gētes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.
Conuertantur ad vesperam ꝛ famem pacientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ecce loquētur in ore suo ꝛ gladius in labiis eoꝝ: q̄m quis audiuit.
Et tu domine irridebis eos: et ad nihilum deduces omnes gentes.
Fortitudinē meā ad te custodiā quia deus susceptor meus: de⁹ meus mia eius preueniet me.
Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus dn̄e.
Delictum oris eorum sermonem labiorū ipsorum: et comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mēdacio: annunciabuntur in consummatione.
In ira consummationis et non erunt: et scient quia deus dominabitur iacob et finiū terre.
Conuertentur ad vesperam ꝛ famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati ꝛ murmurabunt.
Ego autē cantabo fortitudinē tuam: ꝛ exaltabo mane miam tuam.
Qui fact⁹ es susceptor me⁹ ꝛ refugiū meū: in die tribulationis mee.
Adiutor meus tibi psallā: quia deus susceptor meus es / deus meus misericordia mea. Gloria patri. an.
Iuste iudicate filii hominum. ps. lix.

Deus repulisti nos ꝛ destruxisti nos: iratus es ꝛ misertus es nobis.
Commouisti terram et conturbasti eā: sana contriciones eius / quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationē: vt fugiant a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me.
Deus locutus est in sancto suo letabor et partibor sichimā et conual

lem tabernaculorum metibor.
Meus est galaad et meus est manasses: et effrai fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus: moab olla spei mee.
In idumeã extẽdã calciamẽtum meũ: mihi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: q̃s deducet me vsq; in idumeã
Nõne tu de⁹ q̃ repulisti nos: et non egredieris de⁹ in virtutib⁹ nostris
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana est salus hominis.
In deo faciem⁹ ṽtutẽ: et ipse ad nihilũ deducet tribulãtes nos. ps. lx.

Exaudi deus deprecationem meã: intende orationi mee.
A finib⁹ t̃re ad te clamaui dũ anxiaret cor meũ: i petra exaltasti me
Deduxisti me quia fact⁹ es spes mea turris fortitudis a facie iimici
Inhabitabo i tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
Quõ tu deus meus exaudisti orationẽ meã: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adiicies: annos eius vsq; in diem generationis et generationis.
Permanet in eternum in conspectu dei: misericordiam et veritatem eius quis requiret.
Sic psalmũ dicã noi tuo in seculũ sc̃li: vt reddã vota mea de die i diẽ.
Gloria patri. an. Da nobis domine auxiliũ de tribulatione. Psalmus. lxi.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum.
Nã et ipse de⁹ me⁹ et salutaris me⁹ susceptor me⁹ et nõ mouebor ampli⁹
Quo vsq; irruitis in hominẽ: interficitis vniuersi vos tanq̃ parieti inclinato et macerie depulse.
Veruntamẽ preciũ meũ cogitauerũt repellere: cucurri in siti ori suo bñdicebãt et corde suo maledicebãt
Verũtamen deo subiecta esto anima mea: qm̃ ab ipso patientia mea.
Quia ipse de⁹ me⁹ et saluator meus: adiutor meus nõ emigrabo.
In deo salutare meũ et gl̃ia mea: de⁹ auxilij mei et spes mea i deo est
Sperate in eo oĩs cõgregatio populi: effundite coram illo corda vestra/ deus adiutor noster in eternũ
Veruntamẽ vani filij hominũ mẽdaces/ filij hominũ in stateris: vt decipiãt ipsi de vanitate i idipsum.
Nolite sperare in iniquitate/ et rapinas nolite cõcupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere.
Semel locut⁹ est de⁹ duo hec audiui/ quia potestas dei est et tibi dñe mia: quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Nõ dicat ad noct. seq̃ns ps. lxij. Deus deus me. ps. lxiij.

Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a cõuẽtu malignãtiũ: a mltitudie operãtiũ iniq̃tatẽ.
Quia exacuerũt vt gladium linguas suas/ intenderũt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum.
Subito sagittabunt eũ et nõ timebũt: firmauerũt sibi sermonẽ neq̃
Narrauerũt vt absconderent la-

queos dixerunt quis videbit eos.
Scrutati sunt iniquitates: defece runt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum et exaltabitur deus.
Sagitte paruulorũ facte sunt plage eorum: et infirmate sunt contra eos lingue eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt.
Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et letabũtur omnes recti corde. Gloria patri. Añ. A timore inimici eripe dñe animã meã. Non dicitur ad nocturnũ iste. Psalmus. lxiiij.

Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet
Verba iniquorum preualuerunt super nos: ⁊ impietatibus nostris tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tue sanctum est templum tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos de⁹ salutaris noster: spes oim finiũ terre ⁊ in mari lõge.
Preparãs mõtes in virtute tua accinctus potẽtia: qui conturbas profundũ maris sonũ fluctuũ eius.
Turbabũtur gentes ⁊ timebunt qui habitãt terminos a signis tuis exit⁹ matutini ⁊ vespere delectabis
Visitasti terrã et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen dei replitũ est aquis: parasti cibum illorum / quoniã ita est preparatio eius.
Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue: ⁊ cãpi tui replebunt vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium / ⁊ valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnũ dicẽt. ps. lxv.

Iubilate deo ois terra psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite deo / ꝙ terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
Venite ⁊ videte opa dei: terribilis in cõsilijs sup filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in eternum oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
Benedicite gentes deũ nostrũ: et auditam facite vocẽ laudis eius.
Qui posuit animã meã ad vitã: et nõ dedit in cõmotionẽ pedes meos
Quoniam probasti nos de⁹ igne nos examinasti: sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueũ / posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra

Transiuimus per ignē et aquā: ꝛ eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domū tuā in olocaustis: reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum: in tribulatione mea.
Olocausta medullata offerā tibi cum incenso arietū: offeram tibi boues cum hircis.
Venite audite ꝛ narrabo oēs qui timetis deū: q̄ta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea.
Iniquitatē si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit deus: ꝛ attendit voci deprecationis mee.
Benedictus de⁹ qui nō amouit deprecationē meā: et misericordiā suam a me. Nō dicit ad noct. iste. ps. lxvj. Deus misereatur ps. lxvij.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eū a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiāt / sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulētur et exultēt in cōspectu dei: ꝛ delectentur in leticia.
Cantate deo psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum / dn̄s nomen illi.
Exultate in conspectu eius turbabuntur a facie ei⁹ patris orphanorum: et iudicis viduarum.
Deus in loco scō suo: de⁹ qui inhabitare facit vni⁹ moris in domo
Qui educit vinctos in fortitudie: similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris.
De⁹ cū egredieris in cōspectu populi tui: cū ptransieris in deserto.
Terra mota ē etenī celi distillauerūt a facie dei sinay: a facie dei isrl.
Pluuiā voluntariam segregabis de⁹ hereditati tue ꝛ infirmata est: tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabūt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi de⁹.
Dominus dabit verbū euangelizantibus: virtute multa.
Rex virtutū dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis iter medios cleros penne colūbe deargentate: ꝛ posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in selmō: mons dei mons pinguis.
Mons coagulatus mōs pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos.
Mons in quo beneplacitū est deo habitare in eo: etenim domin⁹ habitabit in finem.
Currus dei decem milibus multiplex milia letantium: dominus in eis sinay in sancto.
Ascendisti in altū: cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus
Etenim non credentes: inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.
Deus noster deus saluos faciendi: et dn̄i domini exitus mortis.
Verūtamen deus confringet capita inimicorū suorum: verticē ca-

filii perambulantium in delictis suis.
Dixit dominus ex basan convertam: convertam in profundum maris.
Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto.
Prevenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuvencularum tympanistriarum.
In ecclesiis benedicite domino deo: de fontibus israel.
Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
Principes iuda duces eorum: principes zabulon/et principes neptalim.
Manda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in nobis
A templo tuo in hierusalem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis congregatio thaurorum in vaccis populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento
Dissipa gentes que bella volunt venient legati ex egypto: ethiopia preveniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo qui ascendit super celum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriam deo super israel magnificentia eius/et virtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue/benedictus deus.
Gloria patri. An. In ecclesiis benedicite domino. V. Deus vitam meam annunciavi tibi. R. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Ante laudes. V. Fiat misericordia.

In lau. An. Amplius lava me deus ab iniusticia mea. Ps. Miserere. An. Te decet hymnus deus in syon. Ps. Ipsum. An. Labia mea laudabunt te in vita mea deus meus. Ps. Deus deus meus. Canticum. Anne.

Exultavit cor meum in domino: et exaltatum est cornu meum in deo meo. i. reg. ij.
Dilatatum est os meum super inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo
Non est sanctus ut est dominus neque enim est alius extra te: et non est fortis sicut deus noster.
Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes.
Recedant vetera de ore vestro: quia deus scientiarum dominus est et ipsi preparantur cogitationes.
Arcus fortium superatus est: et infirmi accincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se locaverunt: et famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurimos: et que multos habebat filios infirmata est.
Dominus mortificat et vivificat: deducit ad inferos et reducit.
Dominus pauperem facit et ditat: humiliat et sublevat.
Suscitans de pulvere egenum: et de stercore erigens pauperem.
Ut sedeat cum principibus: et solium glorie teneat.
Domini enim sunt cardines terre: et posuit super eos orbem.
Pedes sanctorum suorum servabit: et impii in tenebris conticescent quia non in fortitudine sua roborabitur vir.
Dominum formidabunt adversarii eius: et super ipsos in celis tonabit.

Dominus iudicabit fines terre / et dabit imperium regi suo: et subli mabit cornu christi sui.
Gloria. an. Dns iudicabit fines terre. an. Celi celorum laudate deum. ps. Laud. dnm de ce. cap. Uigilate et ora. R Dne ne in ira. usqz ad. xl. qn de .iiij. feria agit dicit ad laud. seques hymnus
Nox et tenebre et nubila / confusa mundi et turbida / lux intrat albescit polus / christus venit discedite.
Caligo terre scinditur / percussa solis speculo / rebusqz iam color redit / vultu nitentis syderis.
Te christe solu novimus / te mete pura simplici: flendo canendo quesumus / intende nostris sensibus.
Sint multa fucis illita / que luce purgentur tua: tu lux eoy syderis / vultu sereno illumina. Deo pri. V. In matutinis. cap. Uigilate. et Per estate hy. Ecce ia. V. In matutinis. an. Salute ex inimicis nostris: et de manu oim qui nos oderunt libera nos dne. ps. Benedict. Preces uts. Oro ut decet. ¶ Fer. v. ad mat. Inuit. Adoremus dnm. Quonia ipse fecit nos. ps. Uenite. Pro hystoria Dne ne in ira. R Dne ne in ira. usqz ad. xl. qn. de. v. fer. agit: dicit ad matu. seques hymn
Nox atra reru cotegit / terre colores oim: nos cofitetes poscimus / te iuste iudex cordium.
Ut auferas piacula / sordesqz mentis abluas: donesqz christe gratia / ut arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia: qua culpa mordet noxia / obscura gestit tollere / et te redemptor querere.
Repelle tu caligine / intrinsec quo maxime: ut in beato gaudeat / se collocari lumine. Presta pater piissi. Per estate. hy. Nocte surgetes. Super noctur. Psalm. lxviii.
Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque usqz ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi: et non in substantia.
Ueni in altitudine maris: et tempestas dimersit me.
Laboraui clamas rauce facte sut fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderut me gratis
Cofortati sunt qui persecuti sunt me, inimici mei iniuste: que non rapui tunc exsoluebam.
Deus tu scis insipientia mea: et delicta mea ad te no sunt abscodita
No erubescat in me qui expectat te domine: domine virtutum.
Non confundantur super me: qui querunt te deus israel.
Qm pter te sustinui opprobriu: operuit confusio facie meam.
Extraneus fact sum fratrib meis: et peregrinus filijs matris mee
Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantiu tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio animam meam: et factu est in opprobriu mihi.
Et posui vestimentu meu ciliciu: et factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebatur qui sedebant in porta: et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te dne: tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.
Eripe me de luto vt nō infingar: libera me ab his qui oderunt me & de profundis aquarum.
Nō me demergat tēpestas aque: neq3 absorbeat me profundū / neq3 vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinez miserationum tuarum respice in me.
Et ne avertas faciem tuā a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.
Intēde anime mee & libera eam: propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperiū meū & confusionē meā: et reverentiā meam.
In cōspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperiū expectavit cor meum et miseriam.
Et sustinui q̄ simꝰ cōtristaretꝰ & nō fuit: & qui cōsolaretur & nō inveni.
Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potaverunt me aceto
Fiat mēsa eorū corā ipsis in laqueum: & in retributiōes & in scandalū.
Obscurentur oculi eorū ne videant: & dorsum eorū semp incurva.
Effunde super eos iram tuā: & furore ire tue comprehendat eos.
Fiat habitatio eorꝫ deserta: & i tabernaculis eorꝫ nō sit qui inhabitet
Quoniam quē tu percussisti persecuti sunt: et super dolorē vulnerum meorū addiderunt.
Appone iniquitatē sup iniquitatē eorū: et nō intrent in iusticiā tuā
Deleātur de libro viventiū: & cū iustis nō scribantur.
Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me.
Laudabo nomen dei cū cantico: & magnificabo eū in laude.
Et placebit deo sup vitulū novellum: cornua producētē & vngulas.
Videant pauperes & letētur: querite deū et vivet anima vestra.
Quoniā exaudivit pauperes dominꝰ: et vinctos suos nō despexit.
Laudent illū celi et terra: mare & omnia reptilia in eis.
Quoniā deus salvū faciet syon: & edificabuntur civitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquiret eam.
Et semen servorū eius possidebit eam: & qui diligūt nomē eius inhabitabunt in ea. Psalmus. lxix.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuvandum me festina.
Confundātur et reverеātur: qui querunt animam meam.
Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala.
Avertātur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge.
Exultēt & letētur in te oēs q̄ querūt te: & dicāt semp magnificetur dn̄s / qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus & pauper sum: deus adiuva me.
Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris.
Gloria patri. an. Domine deus in adiutoriū meū intende. Psalmus. lxx.

In te domine speraui nō confundar in eternum: in iusticia tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: et salua me.
Esto mihi in deū protectorē et in locū munitum: vt saluū me facias.
Quoniam firmamentum meum: et refugium meum es tu.
Deus me9 eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui.
Quoniā tu es patientia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea.
In te ꝯfirmat9 sū ex vtero: de ventre matris mee tu es ꝓtector me9.
In te cantatio mea semper: tanꝙ prodigium factus sum multis / et tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea / ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum.
Dicentes deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eū quia non est qui eripiat.
Deus ne elōgeris a me: deus meus in auxilium meum respice.
Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur confusione et pudore / qui querunt mala mihi.
Ego autē semper sperabo: ⁊ adiiciam super omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iusticiam tuam: tota die salutare tuum.
Quoniā nō cognoui litteraturam introibo in potentias dñi: domine memorabor iusticie tue solius.
De9 docuisti me a iuuētute mea: et vsqꝫ nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsqꝫ in senectam et senium: deus ne derelinquas me.
Donec annunciē brachiū tuū: generationi omni que ventura est.
Potentiam tuā et iusticiam tuam de9 vsqꝫ in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis tibi.
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas et conuersus viuificasti me: et de abyssis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificētiā tuam: et conuersus consolatus es me.
Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi: veritatem tuam deus / psallā tibi in cythara sanctus israel
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: ⁊ aīa mea quā redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabitur iusticiam tuam: cum confusi et reueriti fuerint qui querunt mala mihi. Psalmus. lxxi.

Deus iudiciū tuū regi da: et iusticiam tuam filio regis.
Iudicare populum tuum in iusticia: et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: et colles iusticiam.
Iudicabit pauperes populi: ⁊ saluos faciet filos pauperum / et humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cū sole / ⁊ ante lunā: in generationes generationū.

Descēdet sicut pluuia in vellus: ꝛ sicut stillicidia stillātia sup terrā.
Orietur in dieb⁹ eius iusticia ꝛ abūdātia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari vsqꝫ ad mare: ꝛ a flumine vsqꝫ ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procidant ethiopes: ꝛ inimici eius terram lingent.
Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent.
Et adorabūt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperē a potēte: et pauperē cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris et iniquitate redimet animas eorū: et honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper tota die benedicent ei.
Erit firmamentū in terra in summis montiū/ superextolletur super libanum fructus eius: et florebūt de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedictū in secula: ante solē permanet nomen eius.
Et benedicētur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dominus deus israel qui facit mirabilia solus.
Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebitur maiestate ei⁹ omnis terra fiat fiat
Gloria patri. an. Esto mihi domine in deum protectorem. Psalmus. lxxii.

Quam bonus israel de⁹: his qui recto sunt corde.
Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui super iniquos: pacē peccatorum videns.
Quia nō est respect⁹ morti eorū: et firmamentum in plaga eorum.
In labore hominū nō sunt: et cum hominibus nō flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorū: trāsierūt in affectum cordis.
Cogitauerūt ꝛ locuti sunt nequiciā: iniquitatē in excelso locuti sunt
Posuerunt in celū os suum: ꝛ lingua eorum transiuit in terra.
Ideo cōuertetur populus meus hic: et dies pleni inuenientur in eis
Et dixerūt quomodo scit deus: ꝛ si est scientia in excelso.
Ecce ipsi peccatores ꝛ abūdantes in seculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo sic: ecce nationē filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam vt cognoscerē: hoc labor est ante me.
Donec intrem in sanctuariū dei: et intelligam in nouissimis eorum
Verūtamē propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dū alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentiū domine: in ciuitate tua imaginē ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatū est cor meū: et renes mei commutati sunt / et ego ad nihilū redactus sum et nesciui.
Ut iumentū factus sum apud te: et ego semper tecum.
Tenuisti manum dexterā meam: et in voluntate tua deduxisti me / et cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram.
Defecit caro mea et cor meū: deus cordis mei et pars mea deus i eternū
Quia ecce qui se elongant a te peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te.
Mihi autem adherere deo bonum est: ponere in dño deo spem meam.
Ut annūciē oēs predicatiōes tuas in portis filie syon. Ps. lxxiij.

Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue.
Memor esto congregationis tue: quam possidisti ab initio.
Redimisti virgā hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.
Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tue.
Posuerunt signa sua signa: et non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in silua lignorū securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuariū tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerūt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere facimus omnes dies festos dei a terra.
Signa nostra non vidimus / iam non est propheta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem.
Ut quid auertis manū tuā: et dexterā tuā de medio sinu tuo in finē.
Deus autē rex noster ante secula: operatus est salutē in medio terre.
Tu confirmasti in virtute tua mare: cōtribulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: dedisti eū escā populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies et tua est nox: tu fabricatus es auroram et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius / inimicus improperabit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestijs animas cōfitentes tibi: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentū tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge deus iudica causam tuā:

memor esto improperiorum tuorum eorũ/que ab insipientie sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorũ tuorũ: superbia eorũ qui te oderũt ascẽdit semper. Gloria. ãn. Liberasti virgam hereditatis tue. ps.lxxiiii.
Confitebimur tibi deus confitebimur: et inuocabimus nomen tuum.
Narrabim⁹ mirabilia tua: cũ accepero tẽpus/ ego iusticias iudicabo
Liquefacta est terra et oẽs qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniq̃s nolite inique agere: et delinquẽtib⁹ nolite exaltare cornu.
Nolite extollere i altũ cornu vr̃m: nolite loqui aduersus deũ iniq̃tatẽ
Quia neq; ab oriente neq; ab occidẽte neq; a desertis mõtibus: quoniam deus iudex est.
Hunc humiliat et hũc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verũtamen fex eius non est exinanita/ bibent omnes peccatores terre.
Ego autem annunciabo in seculum cantabo deo iacob.
Et oia cornua pctõr ũ cõfringã: et exaltabuntur cornua iusti. ps.lxxv.
Notus in iudea de⁹: in israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in syon.
Ibi confringit potentias: arcum scutum gladium et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a mõtibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatiõe tua de⁹ iacob: dormitauerunt qui ascenderũt equos
Tu terribilis es et quis resistet tibi: extunc ira tua.
De celo auditũ fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit.
Cũ exurgeret i iudicio de⁹: vt saluos faceret oẽs mansuetos terre.
Qm̃ cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete et reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili et ei qui aufert spiritum pricipũ: terribili apud reges terre.
Gloria patri et filio. ãn. In israel magnum nomen eius. Psalmus.lxxvi.
Voce mea ad dominum clamaui. voce mea ad deum et intẽdit mihi.
In die tribulatiõis mee deum exquisiui manibus meis nocte cõtra eum: et non sum deceptus.
Rennuit cõsolare aia mea: memor fui dei et delectatus sum/ et exercitatus sum et defecit spirit⁹ meus.
Anticipauerũt vigilias oculi mei turbatus sum et non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar et scopebam spiritum meum.
Nũquid i eternũ piciet de⁹: et non apponet vt cõplacitior sit adhuc.
Aut in finẽ miam suam abscidet:

a generatione in generationem.
Aut obliuiscetur misereri deus: aut cõtinebit in ira sua mias suas.
Et dixi nũc cepi: hec mutatio dexte re excelsi.
Memor fui operum dñi: quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ.
Et meditabor i oib⁹ operib⁹ tuis et in adinuẽtiõib⁹ tuis exercebor.
Deus in sancto via tua quis deus magnus sicut deus noster: tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutẽ tuã: redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob et ioseph.
Viderunt te aque deus viderunt te aque et timuerunt: et turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue trãseunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerũt choruscatiões tue orbi terre: cõmota est ⁊ cõtremuit terra
In mari via tua / et semite tue in aquis multis: et vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populũ tuũ: in manu moysi ⁊ aaron. ps. lxxvij.

Attendite popule meus legem meã: inclinate aurẽ vestram in verba oris mei.
Aperiã in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio.
Quãta audiuim⁹ ⁊ cognouimus ea: ⁊ patres nr̃i narrauerũt nobis
Non sunt occultata a filijs eorum in generatione altera.
Narrãtes laudem dñi et ꝟtutes eius: ⁊ mirabilia eius que fecit.
Et suscitauit testimoniũ in iacob: et legem posuit israel.
Quanta mandauit patribus nostris: nota facere ea filijs suis vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur et exurgent: enarrabunt filijs suis.
Ut ponant in deo spẽ suam: ⁊ non obliuiscãtur operum dei / et mandata eius exquirant.
Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua et exasperans.
Generatio que nõ direxit cor suũ: ⁊ nõ est credit⁹ cũ deo spirit⁹ eius.
Filij effrem intendentes et mittẽtes arcũ: cõuersi sunt in die belli.
Non custodierũt testamentũ dei: et in lege eius noluerũt ambulare.
Et obliti sunt benefactorũ ei⁹: et mirabiliã eius que ostendit eis.
Coram patribus eorũ fecit mirabilia i terra egypti: i cãpo thaneos
Interrupit mare et perduxit eos et statuit aquas quasi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petrã i heremo: ⁊ adaquauit eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: et deduxit tanq̃ flumina aquas.
Et apposuerũt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso.
Et tentauerunt deũ in cordibus suis: vt peterẽt escas alabus suis.
Et male locuti sunt de deo: dixerunt nunquid poterit deus parare mensam in deserto.
Qm̃ percussit petrã ⁊ fluxerũt aque: et torrẽtes inundauerunt.

Nunquid et panem poterit dare: aut parare mensam populo suo.

Ideo audiuit domin⁹ et distulit: et ignis accensus est in iacob et ira ascendit in israel.

Quia nō crediderunt in deo: nec sperauerunt in salutari eius.

Et mandauit nubibus desuper: & ianuas celi aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum: & panem celi dedit eis.

Panē angelorū mādūcauit homo: cibaria misit eis in abūdantiam.

Transtulit austrū de celo: et induxit in virtute sua affricum.

Et pluit super eos sicut puluerē carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderūt in medio castrorū eorum: circa tabernacula eorum.

Et mādūcauerūt et saturati sunt nimis/ & desideriū eorū attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc esce eorū erant in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos.

Et occidet pingues eorū: et electos israel impediuit.

In oib⁹ his peccauerūt adhuc: et nō crediderūt in mirabilibus eius.

Et defecerūt in vanitate dies eorū: & anni eorū cū festinatione.

Cum occideret eos querebant eum et reuertebātur: et dīluculo veniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia de⁹ adiutor est eorum: et deus excelsus redemptor eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum nō erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Ipse autē est misericors & ppici⁹ fiet pctis eorū: et nō disperdet eos.

Et abundauit vt auerteret irā suam: et nō accendit omnē irā suam.

Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadēs et non rediens.

Quotiens exacerbauerunt eū in deserto: in iram cōcitauerunt eum in inaquoso.

Et cōuersi sunt et tētauerūt deū: et sanctum israel exacerbauerunt.

Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in egypto signa sua: et prodigia sua in campo thaneos.

Et conuertit in sanguinē flumina eorū: et imbres eorum ne biberent.

Misit eos cynomiam et comedit eos: et ranam et disperdidit eos.

Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuste.

Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumēta eorum possessionem eorum igni.

Misit in eos irā indignationis sue indignationē et irā & tribulationē: immissiones per angelos malos.

Viam fecit semite ire sue et nō pepercit a morte animas eorū: et iumenta eorū in morte cōclusit.

Et percussit omne primogenitū in terra egypti: primitias oīs laboris eorum in tabernaculis cham.

Et abstulit sicut oues populū suum: et perduxit eos tanq̄ gregem in deserto.

Et eduxit eos in spe & nõ timuerũt: & inimicos eorũ operuit mare.
Et induxit eos in mõtem sanctificationis sue: mõtem quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes/ et sorte diuisit eis terram: in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus israel.
Et tentauerũt et exacerbauerũt deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se & non seruauerunt pactũ: quemadmodũ patres eorũ cõuersi sunt in arcũ prauum.
In iram concitauerũt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationẽ eum prouocauerunt.
Audiuit deus et spreuit: et ad nihilum redegit valde israel.
Et repulit tabernaculum sylo. tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: et pulchritudinẽ eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populũ suum: et hereditatẽ suam spreuit
Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorũ non sunt lamentate.
Sacerdotes eorũ in gladio ceciderũt et vidue eorũ nõ plorabantur.
Et excitatus est tanq̃ dormiens dñs: tanq̃ potẽs crapulatus a vino
Et pcussit inimicos suos i posteriora: op pbriũ sempiternũ dedit illis
Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda: montem syon quem dilexit.
Et edificauit sicut vnicornis sanctificium suum: in terra quam fundauit in secula.
Et elegit dauid seruum suum et sustulit eum de gregibus ouiũ: de post fetantes accepit eum.
Pascere iacob seruum suum: et israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in intellectib⁹ manuũ suarũ deduxit eos. Gloria. An. Tu es deus qui facis mirabilia. Psalmus. lxxviij.

Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: polluerũt templum sanctum tuũ/ posuerunt hierusalem in pomorum custodiam.
Posuerũt morticinia seruorũ tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorũ bestiis terre.
Effuderunt sanguinem eorũ tanq̃ aquam in circuitu hierusalẽ: et non erat qui sepeliret.
Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Usquequo dñe irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus
Effunde iram tuam in gẽtes que te nõ nouerunt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt.
Quia comederũt iacob: et locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarum: cito ãticipẽt nos misericordie tue/ quia pauperes facti sumus.
Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et propter gloriam nominis tui dñe libera nos/ et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant inter gētes vbi est deus eorum: et innotescāt in nationibus coram oculis nostris.
Ultio sanguinis seruorū tuorum qui effusus est: introeat in cōspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundū magnitudinem brachij tui: posside filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorū: improperiū ipsorum quod exprobrauerūt tibi dn̄e.
Nos autē populus tu⁹ et oues pascue tue: ꝯfitebimur tibi in seculū.
In generatiōe et generationē: annunciabimus laudē tuā. ps. lxxix.
Qui regis israel intende: qui deducis velud ouem ioseph
Qui sedes sup cherubi: manifestare corā effraim bēiamin et manasse.
Excita potētiam tuam et veni: vt saluos facias nos.
Deus conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.
Domie deus virtutū quousqꝫ irasceris: super orationem serui tui.
Cibabis nos pane lachrymarum: et potum dabis nobis in lachrymis in mensura.
Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos.
Deus virtutū cōuerte nos: et ostēde faciem tuam et salui erimus.
Uineā de egypto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius: et plantasti radices eius et impleuit terram.
Operuit mōtes vmbra eius: et arbusta eius cedros dei.
Extendisti palmites suos vsqꝫ ad mare: et vsqꝫ ad flumē ꝓpagies ei⁹
Ut quid destruxisti maceriā eius et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam.
Exterminauit eam aper de silua: et singularis ferus depastus est eā
Deus virtutū cōuertere respice de celo et vide et visita vineā istam.
Et perfice eam quā plantauit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi.
Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua super virū dextere tue: et super filium hominis quem confirmasti tibi.
Et non discedimus a te viuificabis nos: et nomē tuū inuocabimus
Dn̄e deus virtutū cōuerte nos: et ostende faciē tuam et salui erimus.
Gloria patri. an. Propicius esto peccatis nostris dn̄e V. Gaudebūt labia mea dū cantauero tibi. R. Et anima mea quam redemisti. An laud. V. Fiat mia. ¶ In laud. an. Tibi soli peccaui dn̄e miserere mei. ps. lxxxix. Miserere mei de⁹.
Titul⁹. Oratio moysi hois dei. ps.
Domie refugiū fact⁹ es nobis: a gn̄atiōe in gn̄ationem
Priusq̄ȝ montes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et vsqꝫ in seculum tu es deus.
Ne auertas hominē in hūilitatē: et dixisti cōuertimini filij hominū.
Qm̄ mille anni ante oculos tuos: tanq̄ȝ dies hesterna que preterijt.
Et custodia in nocte: que pro nihilo habentur eorum anni erunt
Mane sicut herba trāseat / mane

floreat & transeat: vespere decidat indurat et arescat.
Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo: seculum nostrũ in illuminatione vultus tui.
Quoniam oẽs dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut arena meditabũtur: dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta annis.
Si autẽ in potẽtatib⁹ octogita anni: et amplius eorũ labor et dolor.
Quoniam supervenit mansuetudo: et corripiemur.
Quis novit potestatẽ ire tue: et pre timore tuo irã tuã dinumerare
Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Cõvertere dñe vsqꝫquo: & deprecabilis esto super servos tuos.
Repleti sum⁹ mane misericordia tua: et exultavimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris.
Letati sum⁹ pro dieb⁹ quib⁹ nos hũiliasti: annis quib⁹ vidim⁹ mala.
Respice in servos tuos et in opera tua: dirige filios eorum.
Et sit splẽdor dñi dei nostri super nos & opa manuũ nostrarũ dirige super nos: et opus manuũ nostrarum dirige. Gloria. Añ Domine refugiũ factus es nobis. Añ. In matutinis meditabor in te. Psalm⁹ Deus de⁹.

¶ Canticum moysi.

Exo. xv. Cantem⁹ dño gloriose enim magnificatus est: equum & ascensorem deiecit in mare.
Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus est mihi in salutem.
Iste est deus meus et glorificabo eũ: deus patris mei / & exaltabo eũ.
Dñs quasi vir pugnator omnipotẽs nomẽ ei⁹: currus pharaonis et exercitũ eius proiecit in mare.
Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerunt eos descenderunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine / dextera tua domine percussit inimicum: et in multitudine glorie tue disposuisti adversarios meos.
Misisti iram tuam que devoravit eos sicut stipulam: in spiritu furoris tui congregate sunt aque.
Stetit vnda fluens: congregate sunt abyssi in medio mari.
Dixit inimicus persequar & comprehendam: dividam spolia et implebitur anima mea.
Evaginabo gladium meum: & interficiet eos manus mea.
Flavit spiritus tu⁹ & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.
Quis similis tui in fortibus dñe / quis similis tui magnificat⁹ in sanctitate: terribilis atqꝫ laudabilis et faciens mirabilia.
Extendisti manum tuam: et devoravit eos terra.
Dux fuisti in misericordia tua: populo quem redemisti.
Et portasti eũ in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.
Ascenderunt populi et irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores

philistijm.
Tunc conturbati sunt principes edon: robustos moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores chanaam.
Irruat super eos formido et pavor: in magnitudine brachij tui.
Fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine / donec pertranseat populus tuus iste quem possidisti.
Introduces eos et plātabis in mōte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo / quod operatus es dn̄e.
Sanctuarium tuū dn̄e quod firmauerunt manus tue: dn̄s regnabit in eternum et ultra.
Ingressus est eni eques pharao cum curribus et equitibus eius in mare: et reduxit super eos dominus aquas maris.
Filij autē isrl' ābulauerūt per siccū: in medio eius. Gl'ia. ān. In eternū dn̄s regnabit et ultra. Ān. In sanctis eius laudate deū ps. Laud. cap. Uigilate. ℣ Dn̄e ne in ira. usq3 ad. xl. qn̄ de v. fer. agit' d3 ad laud. seq̄ns hy⁹.
Lux ecce surgit aurea / palles fatiscat cecitas: que nosmet l p̄ces diu / errore traxit devio
Hec lux serenū conferat / purosq3 nos p̄stet sibi: nihil loquamur sub dolum / voluamus obscurum nihil.
Sic tota discurrat dies / ne lingua mendax nec manus: oculi nec peccēt lubrici / nec noxia corp⁹ inq̄net.
Speculator astat desup / qui nos dieb⁹ oib⁹: actusq3 nostros p̄spicit a luce prima in vesperū. Deo p̄ri. ℣ In matutinis. Per estatē hy⁹. Ecce iā no. ℣ In matutinis. ān. In sanctitate seruiamus dn̄o et liberabit nos ab inimicis nostris. ps. Benedict⁹. ¶ Feria vi. ad mat. Inuit. Dn̄m qui fecit nos: Venite adoremus. ps. Venite. ℣ Dn̄e ne in ira. usq3 ad. xl. qn̄ de sexta feria agit' d3 ad matut. seq̄ns Hymnus.
Tu trinitatis unitas / orbem potēter qui regis: attende laudū cātica / q̄ excubātes psallim⁹
Iam lectulo cōsurgimus / noctis quieto tēpore: ut flagitemus vulnerum / a te medelam omnium.
Quo fraude quicquid demonum in noctibus deliquim⁹: abstergat illud celitus / tue potestas glorie.
Ne corpus assit sordidū / nec torpor instet cordiū: nec criminis contagio / tepescat ardor spiritus.
Ob hoc redēptor quesumus / nos reple tuo lumine: per quod dierum circulis / nullis ruamur actibus.
Presta pater. Per estatē Hymn⁹ Nocte surgentes. Psalmus. lxxx.
Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob.
Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocundum cum cythara.
Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre.
Quia preceptum in israel est: et iudicium deo iacob.
Testimoniū in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti: linguā quam non nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorsum ei⁹ manus eius in cophino seruierūt.
In tribulatione inuocasti me et liberaui te: exaudiui te in abscondito

tēpestatis/probaui te apud aquam contradictiōis.

Audi popul⁹ me⁹ ꝛ cōtestabor te: israel si audieris me nō erit i te de⁹ recēs/neq; adorabis deū alienum.

Ego enim sum dñs deus tu⁹ qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud.

Et nō audiuit populus me⁹ vocē meā: et israel non intendit mihi.

Et dimisit eos scḋm desideria cordis eoꝝ: ibūt in adinuētiōib⁹ suis.

Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorū humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici dñi mentiti sunt ei: ꝛ erit tempus eorum in secula.

Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

Psalmus. lxxxi.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.

Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.

Eripite pauperē et egenū: de manu peccatoris liberate.

Nescierunt neq; intellexerūt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.

Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes.

Uos autē sicut hoīes moriemini: ꝛ sicut vnus de prīcipibus cadetis.

Surge deus iudica terrā: qm̄ tu hereditabis in omnibus gentibus.

Gloria patri. Añ. Exultate deo adiutori nostro. Psalmus. lxxxii.

Deus quis similis erit tibi: ne taceas neq; cōpescaris de⁹.

Qm̄ ecce inimici tui sonuerunt: ꝛ qui oderunt te extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt cōsiliū: et cogitauerūt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt venite et disperdamus eos de gente: et non memoretur nomen israel vltra.

Qm̄ cogitauerūt vnanimit simul aduers⁹ te: testamētū disposuerūt tabernacula idumeoꝝ ꝛ ismaelite.

Moab et agareni gebal et amon ꝛ amalech: alienigene cum habitantibus tyrum.

Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutoriū filijs loth.

Fac illis sicut madiam et sysare: sicut iabin in torrente cyson.

Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre.

Pone principes eorum sicut oreb et zeb: et zebee et salmana.

Omnes principes eorum qui dixerunt: hereditate possideam⁹ sanctuarium dei.

Deus meus pone illos vt rotā: et sicut stipulam ante faciē venti.

Sicut ignis qui cōburit siluā: ꝛ sicut flamma cōburens montes.

Ita persequeris illos in tēpestate tua: et in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum dñe.

Erubescant et cōturbentur in seculū seculi: ꝛ cōfundātur et pereāt.

Et cognoscāt quia nomē tibi de⁹:

tu solus altissimus in omni terra.

Psalmus.lxxxiij.

Quam dilecta tabernacula tua dne virtutum: cōcupiscit et deficit aia mea in atria dñi.

Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domū et turtur nidum sibi: vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutū: rex meus et deus meus.

Beati qui habitant in domo tua in secula seculorū laudabūt te.

Beat⁹ vir cui⁹ est auxiliū abs te: ascēsiōes i corde suo disposuit i valle lachrymarū in loco quem posuit.

Etenim benedictiōes dabit legislator ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in syon.

Dñe de⁹ virtutū exaudi orationē meā: auribus percipe deus iacob.

Protector noster aspice deus: et respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis ꝙ habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miam et veritatē diligit deus: gratiam et gloriā dabit dñs.

Nō priuabit bonis eos qui ābulāt in innocētia dñe virtutū: beat⁹ homo qui sperat i te. Gl'ia. aña. Tu sol⁹ altissim⁹ sup oēm terrā. ps.lxxxiiij.

Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatem iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti oia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuā: auertisti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus salutaris noster et auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in eternū irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem.

Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis dñe misericordiam tuā: et salutare tuū da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniā loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamē prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obuiauerūt sibi: iusticia et pax osculate sunt

Veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit.

Etenim dñs dabit benignitatē: et terra nostra dabit fructum suū.

Iusticia ante eū ambulabit: et ponet in via gressus suos. ps.lxxxv.

Inclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniā inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruū tuum deus meus sperantem in te.

Miserere mei domine quoniā ad te clamaui / tota die letifica animā serui tui: quoniā ad te domine animam meam leuaui.

Quoniā tu dñe suauis et mitis: et multe mie omnibus inuocātibus te.

Auribus percipe dñe orationē meam intēde voci deprecationis mee.

In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in diis dñe: et non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunque fecisti venient/ et adorabunt corã te dñe: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me dñe in via tua et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi dñe de9 meus in toto corde meo: et glorificabo nomẽ tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super me/ et synagoga potentium quesierunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus miserator et misericors: paciens et multe misericordie et verax.
Respice in me et miserere mei/ da imperium puero tuo: et saluum fac filium ancille tue.
Fac mecũ signũ in bono vt videant qui oderunt me et confundantur: quoniã tu dñe adiuuisti me et consolatus es me. Gloria. Añ. Benedixisti domine terrã tuam. ps. lxxxvi.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit domin9 portas syon/ super omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab et babylonis: scientium me.
Ecce alienigene et tyrus et populus ethyopum: hi fuerunt illic.
Nunquid syon dicet homo et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus
Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium: habitatio est in te. Psalmus. lxxxvii.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte corã te
Intret in cõspectu tuo oratio mea: inclina aurẽ tuã ad precem meam.
Quia repleta est malis aĩa mea: et vita mea in iferno appropiquauit.
Extimatus sum cum descẽdentibus in lacũ: fact9 sum sicut homo sine adiutorio/ inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris / quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluct9 tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationẽ sibi.
Traditus sum et nõ egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia.
Clamaui ad te dñe: tota die expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi.
Nũquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: et veri-

tatem tuam in perditionem.
Nunquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: et iusticia tua in terra obliuionis.
Et ego ad te dn̄e clamaui: et mane oratio mea preueniet te.
Ut quid dn̄e repellis orationē meam: auertis faciem tuam a me.
Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus.
In me transierunt ire tue: et terrores tue conturbauerunt me.
Circūdederunt me sicut aqua tota die: circūdederunt me simul.
Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.
Gloria patri. an̄. Fundamenta eius in montibus sanctis. Psalm⁹. lxxxviij.

Misericordias domini: in eternum cantabo.
In generatiōe et generationē annunciabo veritatē tuā in ore meo.
Quoniā dixisti in eternū misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentū electis meis: iuraui dauid seruo meo vsq; in eternū preparabo semen tuum.
Et edificabo in generatione et generationem: sedem tuam.
Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
Quoniam quis in nubibus equabitur domino: similis erit domino in filijs dei.
Deus qui glorificatur in consilio sanctorū: magnus et terribilis super oēs qui in circuitu eius sunt.
Domine deus virtutum quis similis tibi: potens es domine et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motū autē fluctuū ei⁹ tu mitigas.
Tu humiliasti sicut vulneratū superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt celi & tua est terra: orbē terrarū & plenitudinē eius tu fundasti aquilonē et mare tu creasti.
Thabor & hermō in noīe tuo exultabunt: tuū brachiū cū potentia.
Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua: iusticia et iudiciū preparatio sedis tue.
Misericordia & veritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem.
Dn̄e in lumine vultus tui ambulabunt & in noīe tuo exultabunt tota die: et in iustitia tua exultabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia dn̄i est assumptio nostra: et sancti israel regis nostri.
Tūc locutus es in visiōe sctis tuis: & dixisti posui adiutoriū in potēte / & exaltaui electū de plebe mea.
Inueni dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meū confirmabit eum
Nihil pficiet inimic⁹ in eo: et fili⁹ iniquitatis nō apponat nocere ei.
Et concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eū in fugam conuertam.
Et veritas mea et misericordia

mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponā in mari manū eius: et in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocauit me pater me⁹ es tu de⁹ meus ꝛ susceptor salutis mee.
Et ego primogenitū ponam illū: excelsum pre regibus terre.
In eternū seruabo illi miam meam: et testamentū meū fideli ipsi.
Et ponā in seculū seculi semē ei⁹: et thronū eius sicut dies celi.
Si aūt ẽm dereliqͥerint filij eius legem meam: et in iudicijs meis nō ambulauerint.
Si iusticias meas pphanauerint: et mandata mea non custodierint.
Uisitabo in virga iniquitates eorū: et in verberibus peccata eorū.
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea.
Neqꝫ prophanabo testamentū meum: et que procedunt de labijs meis non faciam irrita.
Semel iuraui in sctō meo si dauid mētiar: semē ei⁹ in eternū manebit
Et thronus eius sicut sol in ꝯspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum/ et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuum.
Auertisti testamētū serui tui: prophanasti in terra sanctuariū eius.
Destruxisti oēs sepes eius: posuisti firmamentū eius fortitudinē.
Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
Exaltasti dexterā deprimētium eum: letificasti oēs inimicos eius.
Auertisti adiutoriū gladij eius: et non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eū ab emūdatione: et sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies tēporis eius: perfudisti eum in confusione.
Usqꝫquo dn̄e auertis in finē: exardescet sicut ignis ira tua.
Memorare que mea substātia: nūquid enim vane cōstituisti omnes filios hominum.
Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferni.
Ubi sunt mie tue antique dn̄e sicut iurasti dauid in veritate tua.
Memor esto dn̄e opprobrij seruorum tuorū: qđ continui in sinu meo multarum gentium.
Quod exprobauerūt inimici tui domine: quod exprobauerunt commutationem christi tui.
Bn̄dictus dn̄s in eternū: fiat fiat
Nō dr̄ ad noct. iste ps. lxxxix. Dn̄e refugiū. ꝛc. Nō dr̄ ad noc. iste ps. xc. Qui hītat in adiu. ꝛc. Nō dr̄ ad noc. iste ps. xci. Bonū est ꝯfi. Nō dr̄ ad no. iste p. xcii. Do. re. de. p. xciij.
Deus vltionū dominus: deus vltionum libere egit.
Exultare qui iudicas terrā: redde retributionem superbis.
Usqꝫquo peccatores dn̄e: vsqꝫquo peccatores gloriabuntur.
Effabūtur ꝛ loquētur iniq̄tatē: loquenť oēs q̄ operanť iniusticiā.
Populū tuū dn̄e humiliauerūt: ꝛ hereditatem tuā vexauerunt.
Uiduam et aduenā interfecerūt:

et pupillos occiderunt.
Et dixerunt nõ videbit dñs: nec intelliget deus iacob.
Intelligite insipiẽtes in populo: et stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem nõ audiet: aut qui finxit oculũ non cõsiderat.
Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam.
Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt.
Beatus homo quem tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum.
Ut mitiges eũ a dieb⁹ malis: donec fodeatur peccatori fouea.
Quia nõ repellet dñs plebẽ suã: et hereditatẽ suam nõ derelinquet.
Quoadusq; iusticia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
Quis cõsurget mihi aduersus malignãtes: aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatem.
Nisi quia dñs adiuuit me: paulomin⁹ habitasset in inferno aĩa mea.
Si dicebã mot⁹ est pes me⁹: misericordia tua dñe adiuuabat me.
Secundũ multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo: cõsolationes tue letificauerũt animã meam.
Nũquid adheret tibi sedes iniqtatis: qui fingis laborẽ in precepto.
Captabũt in animã iusti: et sanguinem innocentẽ cõdemnabunt.
Et factus est mihi dñs ĩ refugiũ: et de⁹ meus in adiutoriũ spei mee.
Et reddet illis iniquitatẽ ipsorũ et in malicia eorũ disperdet eos: disperdet illos dñs deus noster.
Non dicitur ad noct. iste ps. xciiij.

Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro.
Preoccupemus faciẽ eius in cõfessione: et in psalmis iubilemus ei.
Quoniam deus magnus dñs: et rex magnus super omnes deos.
Quia in manu ei⁹ sunt oẽs fines terre: et altitudies mõtiũ ipsi⁹ sunt.
Qm̃ ipsi⁹ est mare et ip̃e fecit illud et siccã manus eius formauerunt.
Venite adoremus et procidamus et ploremus ante dñm qui fecit nos: quia ipse est deus noster.
Et nos populus pascue eius: et oues manus eius.
Hodie si vocẽ eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione: secundũ diem tentationis in deserto.
Ubi tentauerũt me patres vestri: probauerũt et viderunt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui generationi illi: et dixi semper hi errant corde.
Et isti non cognouerũt vias meas: vt iuraui in ira mea si introibũt in requiem meam. Añ. Benedictus dominus in eternum. Psalmus. xcv.

Cantate dño canticũ nouum: cantate dño omnis terra.
Cantate domino et benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
Annũciate inter gẽtes gloriã ei⁹: in oĩbus populis mirabilia eius.
Qm̃ magnus dñs et laudabilis nimis: terribilis est super oẽs deos.
Quoniam omnes dij gentium demonia: dñs autem celos fecit.
Confessio et pulchritudo in cõspe-

ctu eius: sanctimonia et magnificē tia in sanctificatione eius.
Afferte dño patrie gentiū/ afferte dño gloriam & honorem: afferte domino gloriam nomini eius.
Tollite hostias & itroite in atria ei⁹ adorate dñm in atrio sctō eius.
Commoueatur a facie ei⁹ vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate.
Letenł celi & exultet terra/ cōmoueał mare et plenitudo eius: gaudebunt cāpi et oīa que in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie dñi quia venit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbē terre i equitate: & populos in veritate sua. ps. xcvi.
Dominus regnauit exultet terra: letenł insule multe.
Nubes & caligo in circuitu ei⁹: iusticia & iudiciū correctio sedis eius
Ignis ante ipsum precedet: et inflāmabit in circuitu inimicos eius
Alluxerunt fulgura eius orbi terre: vidit & commota est terra.
Montes sicut cera fluxerūt a facie dñi: a facie domini omnis terra.
Annūciauerūt celi iusticiā eius: & viderunt oēs populi gloriam eius.
Confundātur omnes qui adorāt sculptilia: et qui gloriātur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata est syon.
Exultauerūt filie iude: propter iudicia tua domine.
Quoniam tu domin⁹ altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite malum: custodit domin⁹ animas sanctorum suorum/ de manu peccatoris liberauit eos.
Lux orta est iusto: et rectis corde leticia.
Letamini iusti in dño: et cōfitemini memorie sanctificationis eius.
Gloria. Añ. Cātate dño & bñdicite noi eius. ℣. Intret orō mea in cōspectu tuo dñe. ℟. Inclina aurē tuā ad precē meā. Añ. lau. ℣. Fiat mia. In laud. añ. Spiritu principali cōfirma cor meū deus. ps. Miserere mei deus. Psalmus. cxlii.
Domine exaudi orationem meam / auribus percipe obsecrationem meā: in veritate tua exaudi me in tua iusticia.
Et non intres in iudicium cū seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecut⁹ est inimic⁹ aīam meā: humiliauit in terra vitā meā.
Collocauit me in obscuris / sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierū antiquorū meditatus sum in oībus opibus tuis: in factis manuū tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine defecit spiritus meus.
Nō auertas faciē tuā a me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditā fac mihi mane misericor-

diam tuam: quia in te speraui.
Notã fac mihi viã in qua ambulẽ: quia ad te leuaui animã meam.
Eripe me de inimicis meis dñe ad te cõfugi: doce me facere voluntatem tuã/ quia deus meus es tu.
Spiritus tu⁹ bonus deducet me in terrã rectã: propter nomẽ tuum dñe viuificabis me in equitate tua
Educes de tribulatione animam meam: & i misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes oẽs qui tribulãt aiam meã quoniã ego seruus tuus sum.
Gloria patri. An. In veritate tua exaudi me dñe. An. Illumina vultũ tuum super nos. ps. Deus deus. Canticum.

Domine audiui auditionem tuam: et timui.
Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.
In medio annorum notum facies cum iratus fueris misericordie recordaberis.
Deus ab austro veniet: & sanctus de monte pharam
Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena est terra.
Splẽdor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.
Ibi abscõdita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ãte pedes eius: stetit et mensus est terram.
Aspexit et dissoluit gentes: & contriti sunt montes seculi.
Incuruati sunt oculi mundi: ab itineribus eternitatis eius.
Pro iniqtate vidi tẽtoria ethyopie turbabũtur pelles terre madian.
Nũquid in fluminibus iratus es dñe: aut in fluminibus furor tuus vel in mari indignatio tua.
Qui ascendes super equos tuos: et quadrige tue saluatio.
Suscitãs suscitabis arcũ tuũ: iuramenta tribubus que locutus es.
Fluuios scindes terre/ viderunt et doluerũt montes: gurges aquarum transijt.
Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.
Sol & luna steterũt in habitaculo suo: in luce sagittarũ tuarũ/ ibunt in splendore fulgurantis haste tue.
In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutẽ populi tui: in salutem cum christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamẽtum eius vsqz ad collum.
Maledixisti sceptris eius: capita bellatorũ eius venientibus vt turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorũ: sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.
Uiam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.
Audiui & cõturbat⁹ est vẽter meus: a voce cõtremuerũt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis mee: et ascendam ad populum accinctum nostrum.
Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis.
Mentietur opus oliue: et arua nõ afferent cibum.

Abscidetur de ouili pecus: et non erit armētum in presepibus.
Ego autem in dño gaudebo: ꝛ exultabo in deo iesu meo.
Deus dominus fortitudo mea: ꝛ ponet pedes meos quasi ceruorum
Et sup excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentē. Gl̃ia. añ. Dñe audiui auditū tuum et timui. añ. In tympano ꝛ choro in cordis organo lauda te deū. ps. Laud. cpm. Uigilate. A Dñe ne in ira. vsqꝫ ad. xl. qñ de. vj. feria agitur dr ad lau. seqñs hy⁹.
Eterna celi gloria / beata spes mortaliū: celsi tonātis vnice castecꝫ proles virginis.
Da dexterā surgētibus / exurgat et mens sobria: flagransqꝫ in laudem dei grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer / sparsamqꝫ lucem nūciat: cadit caligo noctium lux sancta nos illuminet.
Manensqꝫ nostris sensibus / noctem repellat seculi: oīqꝫ fine diei / purgata seruet pectora.
Quesita iam primū fides / radicet altis sensibus: secūda spes congaudeat / quo maior extat caritas.
Deo pr̃i. In matutinis Per estatē hy⁹ Ecce iā no. In matutinis añ. Per viscera mie dei nostri: in quib⁹ visitauit nos oriens ex alto. ps. Benedict⁹.
Sabbato ad matut. Inuit. Dominū deū nr̃m Uenite adoremus. ps. Uenite exulte. Seqñs hy⁹ solū dr ad mat. in sab. a prio ăte do. primā. xl. qñ in pdicto sab. de fer. agit hy⁹.
Summe deus clemētie / mūdi factor machine: vnus potentialiter / trinusqꝫ personaliter.
Nostros pius cum cāticis / fletus benigne suscipe: quo corde puro sordibus / te perfruamur largius.
Lumbos iecurqꝫ morbidū / adure igne cōgruo: accincti vt sint perpetim / luxu remoto pessimo.
Ut quiqꝫ horas noctiū / nunc concinnēdo rūpimus: donis beate patrie / ditemur omnes affatim.
Presta pater piissime. Per estatē Hymnus. Nocte surgentes vigilemus omnes. ꝛc. Psalmus. xcvij.
Cantate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera ei⁹ et brachium sanctum eius.
Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam.
Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui israel.
Uiderunt oēs termini terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra / cātate ꝛ exultate et psallite.
Psallite dño in cythara / in cythara et voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee.
Iubilate in ꝯspectu regis dñi / moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarū et qui habitant in eo.
Flumina plaudēt manu simul mōtes exultabunt in cōspectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbē terrarū in iusticia: et populos in equitate. ps. xcviij.
Dominus regnauit irascantur populi: qui sedes super cherubin moueatur terra.
Dominus ex syon magnus: et excelsus super omnes populos.

Confiteãtur nomini tuo magno: quoniam terribile et sanctum est/ & honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium et iusticiam in iacob tu fecisti.
Exultate dominum deũ nostrũ: & adorate scabellum pedũ eius/ quoniam sanctum est.
Moyses et aaron in sacerdotibus eius: & samuel inter eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabant dominum et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebar ad eos.
Custodiebant testimonia eius: et preceptum quod dedit illis.
Dñe de⁹ noster tu exaudiebas eos/ de⁹ tu ꝓpicius fuisti eis: & vlciscens in oẽs adinuentiones eorum
Exaltate dñm deũ nostrũ et adorate in mõte sancto eius: quoniam sanctus dñs deus noster. Gl'ia.
ãn. Quia mirabilia fecit dñs. ps. xcix.
Iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia.
Introite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniã dñs ipse est de⁹: ipse fecit nos et non ipsi nos.
Populus eius & oues pascue eius introite in portas eius in cõfessiõe: atria ei⁹ in hymnis cõfitemini illi.
Laudate nomen eius quoniã suauis est dñs/ in eternum misericordia eius: et vsqꝫ in generatione et generationem veritas eius. ps. c.
Misericordiam et iudiciũ cãtabo tibi domine: psallam & intelligã in via immaculata quando venies ad me.
Perambulabam in innocẽtia cordis mei: in medio domus mee.
Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationem odiui.
Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignum non cognoscebam.
Detrahentẽ secreto proximo suo hunc persequebar.
Superbo oculo et insatiabili corde: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecum: ambulãs in via immaculata hic mihi ministrabat.
Nõ habitabit in medio dom⁹ mee qui facit supbiã qui loquit̃ iniqua/ nõ direxit i ɔ̃spectu oculorũ meorũ.
In matutino interficiebã omnes peccatores terre: vt disperderẽ de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Gloria patri. ãn. Iubilate deo omnis terra. Psalmus. cj.
Domine exaudi orationẽ meã et clamor me⁹ ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacũqꝫ die tribulor/ inclina ad me aurem tuam.
In quacũqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerũt sicut fum⁹ dies mei et ossa mea sicut cremiũ aruerunt.
Percussus sum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mei.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabāt me aduersum me iurabant.
Quia cinerē tanq̄ panē manducabā: & potū meū cū fletu miscebā.
A facie ire indignatiōis tue: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternū permanes: et memoriale tuum in generatione & generationem.
Tu exurgens dn̄e misereberis syon: quia tempus miserendi eius/ quia venit tempus.
Qm̄ placuerūt seruis tuis lapides ei⁹: et terre eius miserebūtur.
Et timebūt gētes nomē tuū dn̄e: et oēs reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dn̄s syon: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilū: et non spreuit precem eorum.
Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dn̄s de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus cōpeditorū: vt solueret filios interemptorum.
Ut annūcient in syon nomē dn̄i: & laudem eius in hierusalem.
In conueniendo populos in vnū: et reges vt seruiant domino.
Respōdit ei i via virtutis sue: paucitatē dierū meor̄ nūcia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierū meorum: in generatione et generationem anni tui.
Initio tu dn̄e terram fundasti: et opera manuū tuarū sunt celi.
Ipsi peribūt tu autē permanes: & oēs sicut vestimentū veterascent.
Et sicut opertoriū mutabis eos et mutabuntur: tu autem idē ipse es/ et anni tui non deficient.
Filij seruor̄ tuor̄ habitabūt: & semē eor̄ in scl̄m dirigetur. ps. cij.

Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic aīa mea dn̄o: & noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus.
Qui replet i bonis desideriū tuū: renouabitur vt aquile iuuētus tua.
Faciēs misericordias dn̄s: & iudiciū omnibus iniuriā patientibus.
Notas fecit vias suas moysi: filijs israel voluntates suas.
Miserator et misericors dn̄s: longanimis et multum misericors.
Nō imperpetuum irascetur: neq̄ in eternum comminabitur.
Non secundū peccata nostra fecit nobis: neq̄ secundum iniquitates nostras retribuet nobis.
Quoniā secundū altitudinē celi a terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se.
Quātū distat ort⁹ ab occidēte: lōge fecit a nobis iniq̄tates nostras.
Quomodo miseret̄ pater filiorū

misertus est dñs timētibus se: qm̄ ipse cognouit figmentū nostrum.
Recordatus est quoniā puluis sumus: homo sicut fenum/dies eius tanq̄ flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertrāsibit in illo et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.
Misericordia autē dñi ab eterno: et vsq̄ in eternū super timētes eū.
Et iusticia illius in filios filiorū: his qui seruāt testamentum eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.
Dñs in celo parauit sedē suā: et regnum ipsius oībus dominabitur.
Bñdicite dño oēs angeli eius: potētes virtute faciētes verbū illius ad audiendā vocē sermonū eius.
Bñdicite dño oēs virtutes eius: ministri et⁹ q̄ facitis volūtatē eius
Benedicite dño oīa opera eius: in omni loco dñatiōis eius/bñdic aīa mea dño. Gloria patri. Añ. Clamor meus ad te veniat deus. Psalmus. ciij.

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionē et decorē induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendēs celū sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubē ascēsum tuū: qui ambulas super pennas ventorum.
Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignē vrentem.
Qui fundasti terrā sup stabilitatē suā: nō inclinabitur in sclm̄ seculi.
Abyssus sicut vestimentū amict⁹ eius: super mōtes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendūt mōtes et descendūt cāpi: in locum quem fundasti eis.
Terminum posuisti quē non trāsgredientur: neq̄ conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes i cōuallib⁹ inter mediū mōtiū pertrāsibūt aque.
Potabūt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabūt de medio petrarū dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum saciabitur terra.
Producens fenū iumentis: et herbam seruituti hominum.
Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis.
Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi: et cedri libani quas plantauit/illic passeres nidificabunt.
Herodij domus dux est eorū: montes excelsi ceruis petra refugium herinaciis.
Fecit lunam in tēpora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue.
Catuli leonum rugientes: vt rapiant et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suū: et ad operationem suā vsq̄ ad vesperam.
Quā magnificata sunt opera tua

dñe: omnia in sapientia fecisti/ impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnum et spaciosum manibus: illic reptilia quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectãt vt des illis escam in tempore.
Dante te illis colligẽt aperiẽte te manũ tuã: oĩa implebũtur bonitate
Auertente autẽ te faciẽ turbabũtur: auferes spiritũ eorum et deficiẽt et in puluerẽ suũ reuertentur.
Emitte spiritũ tuũ et creabũtur: et renouabis faciem terre.
Sit gloria dñi in seculum: letabitur dominus in operibus suis.
Qui respicit terrã et facit eam tremere: qui tãgit mõtes et fumigãt.
Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo quamdiu sum.
Iocundum sit ei eloquium meum ego vero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra / et iniquitas vt non sint: benedic anima mea domino. Psalmus. ciiij.

Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius / laudamini in nomine sancto eius.
Letetur cor querentiũ dominum querite dominũ et confirmamini: querite faciem eius semper.
Mementote mirabiliũ eius que fecit: prodigia eius et iudicia oris eius.
Semen abraham serui eius: filij iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui: verbi quod mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraham: et iuramenti sui ad ysaac.
Et statuit illud iacob in preceptũ et israel in testamentum eternum.
Dicens tibi dabo terram chanaam: funiculum hereditatis vestre.
Cum essent numero breui paucissimi: et incole eius.
Et pertransierũt de gente in gentem: et de regno ad populũ alterũ.
Non reliquit hominem nocere eis et corripuit pro eis reges.
Nolite tãgere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famẽ super terram: et omne firmamentũ panis contriuit
Misit ante eos virum: in seruũ venundatus est ioseph.
Humiliauerũt in compedibus pedes eius: ferrum pertrãsijt animam eius donec veniret verbum eius.
Eloquium domini inflammauit eum: misit rex et soluit eum princeps populorum et dimisit eum.
Constituit eũ dominũ domus sue et principẽ oĩs possessionis sue.
Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiam doceret.
Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham.
Et auxit populũ suũ vehemẽter: et firmauit eũ super inimicos eius
Cõuertit cor eorum vt odirẽt popu-

lum ei⁹: ꝛ dolū facerēt i seruos ei⁹
Misit moysen seruum suum: aaron quem elegit ipsum.
Posuit in eis verba signoꝝ suoꝝ et prodigiorum in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit: ꝛ nō exacerbauit sermones suos.
Conuertet aquas eoꝝ in sanguinem: et occidit pisces eorum.
Et dedit terra eoꝝ ranas: in penetralibus regnum ipsorum. regū
Dixit ꝛ venit cynomia ꝛ ciniphes: in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorum grandinē: ignem cōburentē in terra ipsorum.
Et percussit vineas eorum ꝛ ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.
Dixit et venit locusta et brucus: cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum: ꝛ comedit omnem fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitū in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cū argento et auro ꝛ nō erat in tribub⁹ eoꝝ infirmus
Letata est egyptus in profectiōe eoꝝ: q꞉ icubuit timor eoꝝ sup eos.
Expādit nubē in ꝓtectionē eoꝝ: et ignem vt luceret eis per noctem
Petierunt et venit coturnix: et pane celi saturauit eos.
Dirupit petrā ꝛ fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi sctī sui: qd habuit ad abraham puerum suum.
Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in leticia.
Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possiderūt.
Ut custodiāt iustificationes eius et legē eius exquirāt. Gloria. An.
Benedic anima mea dn̄o. Psalm⁹. cv.

Confitemini dn̄o quoniā bonus: qm̄ in seculū mia eius.
Quis loquetur potētias domini: auditas faciet omnes laudes eius
Beati qui custodiunt iudiciū ꝛ faciūt iusticiam: in omni tempore.
Memento nostri dn̄e in beneplacito ppl̄i tui: visita nos i salutari tuo.
Ad videndū in bonitate electoꝝ tuorum ad letādum in leticia gētis tue: vt lauderis cū hereditate tua.
Peccauimus cū patribus nostris iniuste egimus iniquitatē fecimus
Patres nostri in egypto non intellexerunt mirabilia tua: nō fuerūt memores multitudinis mie tue.
Et irritauerunt ascendentes in mare mare rubrum: ꝛ saluauit eos propter nomen suum vt notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum et exsiccatum est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odiētiū: et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt in verbis eius: ꝛ laudauerunt laudem eius.
Cito fecerūt obliti sunt operū ei⁹ et non sustinuerunt consilium eius
Et concupierunt cōcupiscentiam in deserto: et tentauerunt deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum

et misit saturitatē in animas eoꝝ.
Et irritauerūt moysen in castris aaron sanctum domini.
Aperta est terra ꝛ deglutiuit dathā: et operuit super cogregationem abyron.
Et exarsit ignis in synagoga eoꝝ: flamma cōbussit peccatores.
Et fecerūt vitulū in oreb: et adorauerunt sculptile.
Et mutauerūt gloriā suā: i similitudinē vituli comedētis fenū.
Obliti sunt deum qui saluauit eos qui fecit magnalia in egypto: mirabilia in terra cham terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos: si nō moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.
Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.
Nō crediderūt verbo eius ꝛ murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem dñi.
Et eleuauit manū suā super eos: vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deiiceret semē eoꝝ in nationib⁹: ꝛ disperderet eos in regiōib⁹.
Et initiati sunt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerūt eū i adinuētiōib⁹ suis: ꝛ multiplicata est in eis ruina
Et stetit phinees ꝛ placauit: ꝛ cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iusticiam: in generatione et generationē vsq; in sempiternum.
Et irritauerūt eum ad aquas contradictionis: et vexatus est moyses propter eos / quia exacerbauerunt spiritum eius
Et distinxit in labiis suis: nō disperderūt gētes quas dixit dñs illis.
Et cōmixti sunt iter gētes ꝛ didicerūt opa eoꝝ: ꝛ seruierūt sculptilibus eoꝝ / ꝛ factū est illis in scādalū.
Et immolauerunt filios suos: et filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinē innocentem sanguinē filiorū suorū et filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaam.
Et interfecta est terra i sanguinib⁹ ꝛ cōtaminata est in opib⁹ eoꝝ: ꝛ fornicati sunt in adinuētiōibus suis.
Et iratus est furore dominus in populum suum: et abominatus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in man⁹ gentiū: ꝛ dominati sunt eoꝝ qui oderūt eos.
Et tribulauerūt eos inimici eorū: et humiliati sunt sub manibus eorum sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: et penituit eum secundum multitudinem misericordie sue.
Et dedit eos in misericordias: in conspectu omniū qui ceperant eos.
Saluos fac nos dñe deus noster: et congrega nos de nationibus.
Ut ꝯfiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua.
Benedictus dñs deus israel a seculo ꝛ vsq; in seculū: et dicet omnis

populus fiat fiat. Psalmus. cvi.

Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in seculum mĩa eius.
Dicant qui redempti sunt a dño: quos redemit de manu inimici / de regionibus congregauit eos.
A solis ortu et occasu: ab aquilone et mari.
Errauerunt in solitudine in inaquosa: viam ciuitatis habitaculi nõ inuenerunt.
Esurientes et sitientes: anima eorum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectã: vt irent in ciuitatem habitationis.
Cõfiteãtur dño misericordie ei9: et mirabilia eius filijs hominum.
Quia satiauit animã inanẽ: et animam esurientem satiauit bonis.
Sedẽtes i tenebris et vmbra mortis: vinctos in mẽdicitate et ferro.
Quia exacerbauerũt eloquia dei: et cõsiliũ altissimi irritauerunt.
Et humiliatũ est in laboribus cor eorum: et infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum cũ tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: et vincula eorũ dirupit
Confiteãtur dño misericordie eius: et mirabilia ei9 filijs hominũ.
Quia cõtriuit portas ereas: et vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnẽ escam abhominata est anima eorum: et appropinquauerũt vsq3 ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.
Misit verbũ suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitiõib9 eorũ.
Cõfiteãtur dño misericordie ei9: et mirabilia eius filijs hominum.
Et sacrificẽt sacrificiũ laudis: et annũcient opera eius in exultatiõe
Qui descẽdũt mare in nauibus: faciẽtes operationẽ i aquis multis
Ipsi viderunt opera dñi: et mirabilia eius in profundo.
Dixit et stetit spiritus procelle: et exultati sunt fluctus eius.
Ascendũt vsq3 ad celos et descendunt vsq3 ad abyssos: anima eorũ in malis tabescebat.
Turbati sunt et moti sũt sicut ebrius: et ois sapiẽtia eorũ deuorata est.
Et clamauerunt ad dominũ cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram: et siluerũt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerũt: et deduxit eos in portũ voluntatis eorũ.
Cõfiteãtur dño misericordie ei9: et mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltẽt eũ in ecclesia plebis: et in cathedra seniorũ laudent eum.
Posuit flumina in desertũ: et exitus aquarum in sitim.
Terrã fructiferã in salsuginem: a malicia inhabitantium in ea.
Posuit desertũ in stagna aquarũ:

et terrã sine aqua in exit⁹ aquarũ.
Et collocauit illic esurientes: et constituerunt ciuitatẽ habitatiõis
Et seminauerunt agros et plantauerunt vineas: et fecerunt fructum natiuitatis.
Et bñdixit eis et mltiplicati sunt nimis: ⁊ iumẽta eorũ nõ minorauit
Et pauci facti sunt et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore.
Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in inuio et non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: et posuit sicut oues familias.
Videbunt recti et letabuntur: et omnis iniquitas opilabit os suum
Quis sapiẽs ⁊ custodiet hec: et intelliget misericordias domini.
Gloria patri. Añ. Visita nos domine in salutari tuo. Psalmus. cvij.

Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo ⁊ psallam in gloria mea.
Exurge psalterium ⁊ cythara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super celos mia tua: ⁊ vsq; ad nubes veritas tua.
Exultare super celos deus / et super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: deus locut⁹ est in sancto suo
Exultabo et diuidã sicchimam: ⁊ cõuallem tabernaculorũ dimetiar.
Meus est galaad ⁊ me⁹ est manasses: ⁊ effraim susceptio capitis mei
Iuda rex meus: et moab lebes spei mee.
In idumeam extendã calciamentum meum: mihi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me i ciuitatẽ munitã: qs deducet me vsq; in idumeã.
Nõne tu de⁹ qui repulisti nos: et nõ exibis de⁹ in virtutibus nostris
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: ⁊ ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Psalmus. cviij.

Deus laudẽ meam ne tacueris: quia os peccatoris ⁊ os dolosi / super me apertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonibus odij circumdederunt me / et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent detrahebãt mihi: ego autem orabam.
Et posuerũt aduersum me mala pro bonis: ⁊ odiũ pro dilectiõe mea
Constitue super eum peccatorẽ: ⁊ dyabolus stet a dextris eius.
Cum iudicat̃ exeat condẽnatus: et oratio eius fiat in peccatum
Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutantes transferãtur filij eius et mendicent: eijciantur de habitationibus suis.
Scrutet̃ fenerator oẽm substãtiã ei⁹: et diripiãt alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitũ: in ge-

neratiõe vna deleatur nomen eius
In memoriã redeat iniquitas pa-
trũ eius in cõspectu dñi: et peccatũ
matris eius non deleatur.
Fiant contra dominum semper:
et dispereat de terra memoria eorum
pro eo quod non est recordatus facere
misericordiam.
Et persecutus est hominem ino-
pem et mendicum: et cõpunctũ cor-
de mortificare.
Et dilexit maledictionẽ et veniet
ei: et noluit benedictionem et elon-
gabitur ab eo.
Et induit maledictionẽ sicut ve-
stimentum: et intrauit sicut aqua
in interiora eius / et sicut oleum in
ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimẽtum quo ope-
ritur: et sicut zona qua semper pre-
cingitur.
Hoc opus eorũ qui detrahunt mi-
hi apud dominum: et qui loquũtur
mala aduersus animam meam.
Et tu dñe dñe fac mecum propter
nomẽ tuũ: quia suauis est mia tua.
Libera me quia egenus et paup ego
sũ: et cor meũ cõturbatũ est intra me
Sicut vmbra cũ declinat ablatus
sum: et excussus sum sicut locuste.
Genua mea infirmata sunt a ieiu
nio: et caro mea immutata est pro-
pter oleum.
Et ego fact⁹ sum opprobriũ illis:
viderũt me et mouerũt capita sua.
Adiuua me dñe de⁹ meus: saluũ
me fac secundũ misericordiã tuam
Et sciant quia manus tua hec: et
tu domine fecisti eam.
Maledicẽt illi et tu benedices / qui
insurgunt in me cõfundantur: ser
uus autem tuus letabitur.
Induantur qui detrahunt michi
pudore: et operiantur sicut diploi-
de confusione sua.
Cõfitebor dño nimis in ore meo:
et in medio multorũ laudabo eum.
Qui astitit a dextris pauperis: vt
saluã faceret a psequẽtibus animã
meam. Gloria. an. Confitebor dño ni-
mis in ore meo. ℣. Dñe exaudi orationem
meã. An̄ laud. ℟. Fiat mia. ¶ In lau.
an. Benigne fac in bona volũtate tua do
mine. ps Miserere mei. ps. xci.
Bonũ est cõfiteri dño: et psal
lere nomini tuo altissime.
Ad annunciandum mane miseri-
cordiam tuam: per noctem.
In decacordo psalterio: cum can-
tico in cythara.
Quia delectasti me domine in fa-
ctura tua: et in operibus manuum
tuarum exultabo.
Quã magnificata sunt opera tua
domine: nimis profunde facte sunt
cogitationes tue.
Vir insipiens nõ cognoscet: et stul
tus non intelliget hec.
Cum exorti fuerint peccatores si
cut fenum: et apparuerint omnes
qui operantur iniquitatem.
Vt intereant in seculum seculi: tu
autem altissimus in eternum dñe.
Quõ ecce inimici tui dñe / quõ ecce
inimici tui peribũt: et dispergẽtur
oẽs qui operantur iniquitatem.
Et exultabit sicut vnicornis cor-
nu meũ: et senect⁹ mea in mia vberi
Et despexit ocl̃us me⁹ inimicos
meos: et insurgẽtibus in me mali-

gnantibus audiet auris mea.
Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.
Plātati in domo domini: in atrijs domus dei nostri florebunt.
Adhuc mltiplicabūt i senecta vberi: ꝛ bene patiētes erūt vt annūciēt
Qm̄ rect⁹ dn̄s de⁹ nr̄: ꝛ nō est iniquitas i eo. Gl'ia. An. Bonū est cōfiteri in dn̄o. An. Metuāt dn̄m oēs fines terre. ps. Deus de⁹. ¶ Cāticū moysi.

Deut. xxxij. Audite celi que loquar: audiat terra verba oris mei.
Cōcrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.
Quasi imber super herbā: ꝛ quasi stille super gramina / quia nomē domini inuocabo.
Date magnificētiam deo nostro: dei perfecta sunt opera / et omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis et absq; vlla iniquitate iustus et rectus: peccauerunt ei / et non filij eius in sordibus.
Generatio praua atq; peruersa: heccine reddis domino popule stulte et insipiens.
Nūquid nō ipse est pater tu⁹ qui possedit te: et fecit et creauit te.
Memēto dierum antiquorum: cogita cogitationes singulas.
Interroga patrē tuū et annūciabit tibi: maiores tuos ꝛ dicēt tibi.
Quādo diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios adam
Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel.
Pars autē dn̄i populus eius: iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris ꝛ vaste solitudinis.
Circūduxit eū et docuit: et custodiuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocās ad volādū pullos suos: ꝛ super eos volitans.
Expandit alas suas et assumpsit eos: atq; portauit in humeris suis
Dominus solus dux eius fuit: et non erat cum eo deus alienus.
Constituit eū super excelsam terram: vt comederet fructus agrorū
Et suggeret mel de petra: oleūq; de saxo durissimo.
Butirum de armēto: ꝛ lac de ouibus cum adipe agnorū et arietum filiorum basan.
Et hircos cū medulla tritici: ꝛ sanguinē vue biberēt meracissimum.
Incrassatus est dilectus et recalcitrauit: incrassatus impinguatus dilatatus.
Dereliquid deum factorē suum: et recessit a deo salutari suo.
Prouocauerunt eum in dijs alienis: et in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt demonijs et non deo: dijs quos ignorabant.
Noui recentesq; venerunt: quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es dn̄i creatoris tui.
Vidit dominus et ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerūt eum filij sui et filie.
Et ait abscondā faciē meā ab eis: et considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peruersa est: et infideles filij.
Ipsi me prouocauerunt in eo qui

non erat deus: ꝛ irritauerũt in va
nitatibus suis.
Et ego prouocabo eos i eo qui nõ
est populus: et in gente stulta irri-
tabo illos.
Ignis succẽsus est in furore meo:
ꝛ ardebit vsqꝫ ad iferni nouissima.
Deuorabit qꝫ terrã cũ germie suo
et montiũ fundamẽta cõburet.
Congregabo super eos mala: et
sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame: et deuora-
bunt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarũ inmittã in eos:
cum furore trahentium super ter-
ram atqꝫ serpentium.
Foris vastabit eos gladius: ꝛ in-
tus pauor.
Iuuenem simul ac virginem: la-
ctentem cum homine sene.
Et dixi/ vbi nam sunt: cessare fa-
ciã ex omnibus memoriã eorum.
Sed propter irã inimicorũ distu-
li: ne forte superbirẽt hostes eorũ.
Et dicerẽt manus nostra excelsa
et non dominus fecit hec omnia.
Gens absqꝫ consilio est et sine pru
dentia: vtinã saperent et intellige-
rent ac nouissima prouiderent
Quomodo vnus persequabatur
mille: et duo fugarent decẽ milia.
Nonne ideo quia deus suus ven-
didit eos: ꝛ dñs conclusit illos.
Non enim est deus noster vt dij e-
orũ: ꝛ inimici nostri sunt iudices.
De vinea sodomorum vinea eorũ
et de suburbanis gomorre.
Uua eorum vua fellis: et botri a-
marissimi.
Fel draconum vinum eorum: ꝛ
venenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud me:
et signata in thesauris meis.
Mea est vltio et ego retribuam in
tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: et ad-
esse festinant tempora.
Iudicabit dominus populum su
um: et in seruis suis miserebitur.
Uidebit qꝫ infirmata sit manus e-
ius: et clausi quoqꝫ defecerunt/ re-
sidui qꝫ consumpti sunt.
Et dicẽt/ vbi sunt dij eorꝫ: in qui
bus habebant fiduciam.
De quorũ victimis comedebant
adipes: ꝛ bibebãt vinũ libaminum
Surgant et opitulentur vobis: ꝛ
in necessitate vos protegant.
Uidete qꝫ ego sum solus: et non sit
alius deus preter me.
Ego occidã et ego viuere faciam
percutiam et ego sanabo: et non est
qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad celum manũ meam: ꝛ
dicam viuo ego ineternum.
Si acuero vt fulgur gladiũ meũ:
et arripuerint iudiciũ manus mee
Reddam vltionẽ hostibus meis:
et his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sangui-
ne: ꝛ gladi⁹ me⁹ deuorabit carnes.
De cruore occisorũ: et de captiui-
tate nudati inimicorum capitis.
Laudate gẽtes populũ eius: quia
sanguinem seruorum vlciscetur.
Et vindictam retribuet in hostes
eorũ: propici⁹ erit terre populi sui.
Gloria. Añ. Et in seruis suis dominus
miserebitur. Añ. In cymbalis benesonan-
tibus laudate dominum. Ps. Laudate

dñm. cpm. Uigilate. Seqns hym-
nus dr solũ ad lau. in sabbato proxi
mo ante do. primã. xl. qñ in pdicto
sabbato de feria agitur. Hymnus.

Aurora iã spargit polũ / ter-
ris dies illabit: lucis resul-
tat speculũ / discedat omne lubricũ
Fantasma noctis decidat / mẽtis
reatus subruat quicquid tenebris
horridũ / nox attulit culpe cadat.
Ut mane illud ultimũ qd prestula
mur cernui: in lucem nobis affluat
dum hoc canore concrepat.
Deo pri. Pet estatẽ Hy⁹. Ecce iã.
ỽ. In matutinis. ãn. In viã pacis dirige
nos dñe. ps. Benedict⁹. Preces. ꝛc.
vt s. oratio vt decet. ¶ In dñicis
diebus ad vesperas. Psalm⁹. cix.



Dixit do
minus
domino
meo: sede a dex
tris meis.
Donec ponã ĩi
micos tuos: sca
bellũ pedũ tuor.
Uirgam virtu
tis tue emittet
dñs ex syon: do-
minare in medio inimicorũ tuorũ.
Tecũ principiũ in die virtutis tue
in splendoribus sanctorũ: ex vtero
ante luciferum genui te.
Iurauit dñs et non penitebit eũ:
tu es sacerdos in eternum secundũ
ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis: confre-
git in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus implebit
ruinas: conquassabit capita in ter-
ra multorum.
De torrẽte ĩ via bibit: ppterea ex
altauit caput. Glia. ãn. Sede a dex-
tris meis dixit dñs domino meo. ps. cx.

Confitebor tibi domine in to
to corde meo: in consilio iu-
storum et congregatione.
Magna opera domini: exquisita
in omnes voluntates eius.
Cõfessio ꝛ magnificẽtia op⁹ eius:
et iusticia eius manet in sclm seculi
Memoriã fecit mirabiliũ suorũ mi
sericors ꝛ miserator dominus: escã
dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamen
ti sui: virtutẽ operum suorum an-
nunciabit populo suo.
Ut det illis hereditatẽ gẽtiũ: ope
ra manuũ eius veritas et iudiciũ.
Fidelia omnia mandata eius con
firmata in seculum seculi: facta in
veritate et equitate.
Redemptionẽ misit dominus po-
pulo suo: mandauit in eternum te-
stamentum suum.
Sanctum et terribile nomẽ eius:
initiũ sapientie timor domini.
Intellectus bonus oĩbus facienti
bus eũ: laudatio ei⁹ manet in secu-
lum scli. Glia. ãn. Fidelia oĩa manda
ta eius cõfirmata in seculũ seculi. ps. cxi

Beatus vir qui timet dñm:
in mãdatis ei⁹ volet nimis.
Potens in terra erit semen eius:
generatio rectorũ benedicetur.
Gloria ꝛ diuitie in domo ei⁹: ꝛ iu
sticia eius manet in seculũ seculi.
Exortũ est ĩ tenebris lumẽ rectis
misericors et miserator et iustus.
Iocũd⁹ homo qui miseret ꝛ cõmo

dat/ disponit sermones suos in iu-
dicio: quia i eternũ nõ cõmouebitur
In meõria eterna erit iustus: ab
auditione mala non timebit.
Paratu3 cor eius sperare in dño:
cõfirmatũ est cor eius: nõ cõmoue-
bit donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus iusti
cia eius manet in seculũ seculi: cor-
nu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et irascetur dẽti
bus suis fremet et tabescet: deside
riũ peccatorũ peribit. Gloria. ãn.
In mandatis eius volet nimis. ps.cxij.
Laudate pueri dominũ: lau
date nomen domini.
Sit nomen dñi benedictũ: ex hoc
nunc et usqz in seculum.
A solis ortu usqz ad occasum: lau
dabile nomen domini.
Excelsus super oẽs gentes dñs:
et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster:
qui in altis habitat/ humilia respi-
cit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopem: et de
stercore erigens pauperem.
Ut collocet eũ cũ principibus: cũ
principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in do-
mo matrem filiorum letantem.
Gloria patri. ãn. Sit nomen domini be
nedictum in secula. Psalmus.cxiij.
In exitu israel de egypto: do
mus iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sanctificatio eius
israel potestas eius.
Mare vidit et fugit iordanus con
uersus est retrorsum.
Montes exultauerũt ut arietes:
et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare qp fugisti: et tu
iordanis qz cõuersus es retrorsum
Montes exultastis sicut arietes: et
colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a
facie dei iacob.
Qui cõuertit petrã i stagna aqua
rũ: et rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine non nobis: sed
nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et verita
te tua: nequando dicãt gentes/ ubi
est deus eorum.
Deus autẽ noster in celo: omnia
quecunqz voluit fecit.
Simulachra gentiũ argentũ et au
rum: opera manuũ hominum.
Os habent et nõ loquentur: ocu-
los habent et non videbunt.
Aures habent et non audiẽt: na-
res habent et non odorabunt.
Manus habent et nõ palpabũt pe-
des habẽt et nõ ambulabunt: nõ cla
mabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea
et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel sperauit in dño: ad
iutor eorũ et protector eorũ est.
Domus aarõ sperauit in dño: ad
iutor eorũ et protector eorum est.
Qui timẽt dñm sperauerũt i dño
adiutor eorũ et protector eorũ est.
Dominus memor fuit nostri: et
benedixit nobis.
Benedixit domui israel: benedi-
xit domui aaron.
Benedixit omnibus qui timent
dominũ pusillis cum maioribus.
Adiciat dominus super vos: super

vos et super filios vestros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Celum celi domino: terrã autem dedit filijs hominum.
Non mortui laudabunt te dñe: neq; oẽs qui descendũt in infernum.
Sed nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc nunc et vsq; in seculum.
Gloria. Añ. Nos qui viuimus benedicimus domino. Cpm. ij. Thessal. iij.

ij. thessal. iij. Dominus autem dirigat corda et corpora nostra: in caritate dei ꝫ patiẽtia christi. Hoc cpm dr ad ves. in olbus do. et fer. A Domine ne in ira. vsq; ad. lxx. ꝫ A Deus oim. vsq; ad aduentũ dñi qñcũq; de temporali agit. Dicit etiã i fer. A. lxx. vsq; ad. xl. qñ de fer. agit. Et similr seqñs hymn⁹ dr ad ves. in oib⁹ do. A Domine ne in ira. vsq; ad. xl. et a Deus oim. vsq; ad aduẽ. tã i do. dieb⁹ ꝙ in feria qñ de tpali agitur. Hymnus.

Lucis creator optime / lucẽ dierũ proferẽs: primordijs lucis noue / mundi parãs originem
Qui mane iunctũ vesperi / diẽ vocari precipis; tetrũ chaos illabitur audi preces cum fletibus.
Ne mẽs grauata crimine / vite sit exul munere: dum nil perenne cogitat seseq; culpis illigat.
Celorum pulset intimum / vitale tollat premiũ: vitemus omne noxium / purgemus omne pessimum.
Presta pater pijssime / pẽriq; cõpar vnice: cũ spiritu paraclito / regnãs per omne seculũ. amen. Usq; ad pur. dicit. Gloria tibi dñe q̃ na. V. Dirigatur dñe ad te oratio mea. R. Sicut incẽsum in conspectu tuo. Iste V. dr ad ves. in oib⁹ do. dieb⁹ ꝫ fer. A Domine ne in ira. vsq; ad. xl. et A Deus oim. vsq; ad aduẽtũ qñ de tpali agitur.

Feria scḋa ad vespas. Ps. cxiiij.

Dilexi qm̃ exaudiet dñs: vocem orationis mee.
Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis inuocabo.
Circũdederunt me dolores mortis ꝫ pericula inferni iuenerũt me.
Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui.
O dñe libera aiaꝫ meã misericors dñs ꝫ iust⁹: ꝫ de⁹ noster miseretur.
Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuã: quia dñs benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu.
Placebo dño in regiõe viuorum.
Gloria. Añ. Inclinauit dominus aurẽ suam mihi. Psalmus. cxv.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit mihi.
Calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo.
Uota mea dño reddam corã omni populo eius: preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius.
O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue.

Dirupisti vincula mea tibi sacri- ficabo hostiam laudis: et nomē do mini inuocabo.
Uota mea reddā dño in cōspectu oīs populi ei⁹: in atrijs dom⁹ dñi in medio tui hiersm. Glo. ān. Credidi propter qđ locutus sum. ps.cxvi.
Laudate dominū oēs gētes laudate eum oēs populi.
Quoniā cōfirmata est super nos misericordia ei⁹: et veritas dñi manet in eternū. Gloria. ān. Laudate dominū omnes gentes. Psalmus.cxix.
Ad dominum cū tribularer clamaui et exaudiuit me.
Domine libera animā meam a labijs iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs.
Heu michi quia incolatus meus prolongatus est habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria patri. ān. Clamaui et exaudiuit me. ps.cxx.
Leuaui oculos meos i mōtes vnde veniet auxiliū mihi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.
Non det in cōmotionē pedē tuū: neqꝫ dormitet qui custodit te.
Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet: qui custodit israel.
Dñs custodit te dominus protectio tua super manū dexterā tuam
Per diem sol non uret te: neqꝫ luna per noctem.
Domin⁹ custodit te ab omni malo custodiat animā tuā dominus.
Dominus custodiat introitū tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum.
Gloria. ān. Auxiliū meū a dño. cxxi.
Dñs autē di. A dñe ne in ira vsqꝫ ad xl. qñ de tertia ferē agitur: tunc ad ves. feria. ij. dr sequens Hymnus
Immēse celi cōditor/qui mixta ne ꝯfunderēt: aque fluenta diuidens/celū dedisti limitem.
Firmans locū celestib⁹/simulqꝫ terre riuulis: vt vnda flāmas temperet/terre solum ne dissipent.
Infunde nunc pijssime/donū perennis gratie: fraudis noue ne casibus/nos error atterat vetus.
Lucē fides inueniat/sic luminis iubar ferat: hec vna cuncta terreat hanc falsa nulla comprimant.
Presta pater pijssime. V. Dirigatur dñe. Per estatē hy⁹. Lucis creator. V. Dirigatur dñe. ān. Magnificet te semper aīa mea deus me⁹. ps. Magnificat
Preces vt supra. Oratio vt decet. Memoria de sctā maria. ꝛc. Memo. vt supra ad matutinas in scđa feria
¶ Feria. iij. ad vesperas. ps.cxxi.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domū domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem.
Hierusalē que edificatᷓ vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum
Illic enim ascēderunt tribus tribus domini: testimoniū israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacẽ sunt hierusalem: et abundantia diligẽtibus te.
Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domũ dñi dei nostri quesiui bona tibi. Gloria. an. In domũ domini letantes ibimus. ps.cxxij.
Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dñm deum nostrũ donec misereat nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia mltũ repleta est aia nostra opprobriũ abũdãtibus: & despectio superbis. Gloria. an. Qui habitas in celis miserere nobis. Psalmus. cxxiij.
Nisi quia domin⁹ erat in nobis dicat nũc isrl: nisi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerẽt homines in nos: forte viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos forsitã aqua absorbuisset nos.
Torrentẽ pertransiuit anima nostra / forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dñs qui non dedit nos: in captione dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est et nos liberati sumus.
Adiutoriũ nostrum in nomine domini: qui fecit celũ et terram.
Gloria. an. Adiutorium nostrum in nomine domini. Psalmus.cxxiiij.
Qui cõfidũt in dño sicut mõs syon: non cõmouebitur in eternũ qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius / et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nũc et vsq3 in seculum.
Quia non relinquet dominus virgam peccatorũ super sortẽ iustorũ: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligatiões adducet dominus cũ operantibus inquitatẽ: pax super israel.
Gloria patri. an. Benefac domine bonis et rectis corde. Psamus.cxxv.
In conuertendo dominus captiuitatem syõ: facti sumus sicut consolati.
Tũc repletũ est gaudio os nostrũ et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatẽ nostram: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.
Uenientes autẽ veniẽt cũ exultatiõe: portãtes manipulos suos.
Gloria. an. Facti sumus sicut cõsolati.

Cpm. Dominus autem. ℣ Domine ne in ira. vsq ad. xl. Hymnus.
Telluris ingēs cōditor / mū= di solū q̄ eruēs: pulsis aque molestijs / terrā dedisti immobilē.
Ut te germē aptū proferens / ful= uis decora floribus: fecūda fructu sisteret / pastumq̄ gratū redderet.
Mentis peruste vulnera / munda virore gratia: vt facta fletu dilu= at / motusq̄ prauos atterat.
Iussis tuis obtēperet / nullis ma lis approximet: bonis repleri gau= deat / et mortis actum nesciat.
Presta pater. ℣. Dirigatur do. Per estatē hy⁹. Lucis creator. ℣. Diriga tur. ān. Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. ps. Magnifi. Preces &c. vt s. Oratio vt decet. ¶ Feria quarta ad vesperas. ps. cxxvi.

Nisi dominus edificauerit domum: in vanum labora= uerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuita= tē: frustra vigilat qui custodit eam
Uanum est vobis ante lucē surge re / surgite postq̄ sederitis: qui mā ducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnū ecce hereditas domini filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum.
Beatus vir qui impleuit desideri um suum ex ipsis: nō confundetur cum loquetur inimicis suis in por= ta. Gloria patri. ān. Beatus vir qui impleuit desideriū suū ex ipsis. ps. cxxvij
Beati omnes qui timēt dñm: qui ambulant in vijs eius.
Labores manuū tuar quia man= ducabis: beatus es et bene tibi erit
Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue.
Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo qui ti= met dominum.
Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona hierusalē / omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorū tuorū: pa= cem super israel. Gloria. ān. Beati oēs qui timent dominū. ps. cxxviij.

Sepe expugnauerūt me a iu uētute mea: dicat nūc israel
Sepe expugnauerūt me a iuuētu te mea: etenim nō potuerūt mihi.
Supra dorsum meum fabricaue runt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Dñs iustus cōcidet ceruices pec catorū: cōfundantur et cōuertātur retrorsum oēs qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorū: quod priusq̄ euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum su= am qui metet: et sinum suū qui ma nipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: bene diximus vobis in nomine domini. ān. Benediximus vobis in nomine domi ni. Psalmus. cxxix.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vo cem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe

domine quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est: et
propter legē tuā sustinui te dn̄e.
Sustinuit aīa mea in verbo eius:
sperauit anima mea in dn̄o.
A custodia matutina vsqʒ ad no=
ctem speret israel in domino.
Quia apud dominum misericor=
dia: et copiosa apud eū redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnib⁹
iniquitatibus eius. an̄. De profundis
clamaui ad te domine. Psalmus. cxxx.
Domine non est exaltatum
cor meum: neqʒ elati sunt
oculi mei.
Neqʒ ambulaui in magnis: neqʒ in
mirabilibus super me.
Si non humiliter sētiebam: sed
exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est super matre
sua: ita retributio in anima mea.
Speret israel in dn̄o: ex hoc nūc ⁊
vsqʒ in seculum. an̄. Speret israel in
dn̄o. cpm. Dn̄s autem di. ℟. Domine
ne in ira. vsqʒ ad. xl. Hymnus.
Celi deus altissime / qui lu=
cidū centrū poli: candore pin
gis igneo / augens decore lumine.
Quarto die qui flammeam / solis
rotā constituens / lune ministrans
ordini: vagas recursus syderum.
Ut noctibus vel lumini / direptio
nis terminum / primordijs et men=
sium: signum daret notissimum.
Illumina cor hominum / absterge
sordes mentiū: resolue culpe vincu
lū / euerte moles criminū. Presta
pater. ℣. Dirigatur. Per estatē hy⁹.
Lucis crea. ℣. Dirigatur. An. Respexi-
sti humilitatem meā dn̄e deus meus. ps.

Magnificat. Preces vt s̄. ¶ Feria
quīta ad vesperas. Psalm⁹. cxxxi.
Memento dn̄e dauid: ⁊ om=
nis mansuetudinis eius.
Sicut iurauit domio: vo=
tum vouit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum do
mus mee: si ascendero in lectum
strati mei.
Si dedero somnum oculis meis:
et palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis: do
nec inueniam locum domino: taber
naculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in effrata:
inuenimus eam in campis silue.
Introibimus in tabernaculū ei⁹:
adorabimus in loco vbi steterunt
pedes eius.
Surge domine in requiem tuam
tu et archa sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iusti=
ciam et sancti tui exultent.
Propter dauid seruum tuū: non
auertas faciem christi tui.
Iurauit dn̄s dauid veritatē ⁊ nō
frustrabitur eum: de fructu vētris
tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamen
tum meum: et testimonia mea hec
que docebo eos.
Et filij eorum vsqʒ in seculum: se=
debunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus syon:
elegit eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in seculū seculi:
hic habitabo quoniā elegi eam.
Viduā eius benedicēs benedicā:
pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induā salutari:

et sancti eius exultatiõe exultabũt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo.
Inimicos eius induam confusiõe super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Gloria. Añ. Et omnis mansuetudinis eius. ps. cxxxij.

Ecce q̃ bonum et q̃ iocundũ: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguẽtum in capite: quod descendit in barbam: barbã aaron.
Quod descendit in orã vestimenti eius: sicut ros hermõ qui descendit in montem syon.
Quoniam illic mandauit dñs benedictionẽ: et vitã vsq3 in seculum Gloria. Añ. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocũdum.
Nõ dr ad vesperas iste ps. cxxxiij.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: et benedicite dñm.
Benedicat te dominus ex syõ: qui fecit celum et terram. ps. cxxxiiij.

Laudate nomẽ domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.
Laudate dominum quoniam bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue.
Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel possessionem sibi.
Quia ego cognoui q̃ magnus est dñs: et deus noster pre oibus dijs.
Omnia quecunq3 voluit dominus fecit in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit vẽtos de thesauris suis: qui percussit primogenita egypti/ ab homine vsq3 ad pecus.
Et misit signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem/ et in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: et occidit reges fortes.
Seon regem amorreorũ et og regem basan: et oia regna chanaam.
Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatẽ israel populo suo.
Domine nomẽ tuum in eternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem.
Quia iudicabit dñs populũ suũ: et seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentiũ argentũ et aurũ: opera manuũ hominum.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audiẽt: neq3 enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite dominũ domus aaron benedicite dominũ.
Domus leui benedicite dominũ: qui timetis dñm benedicite dñm.
Benedictus dñs ex syon: qui habitat in hierusalẽ. Gloria. Añ. Omnia quecunq3 voluit dñs fecit. ps. cxxxv.

Confitemini dño quoniã bonus qm in eternũ mia eius.
Confitemini: deo deorum.
Confitemini: dño dominorum.
Qui facit: mirabilia magna solus
Qui fecit celos: in intellectu.

Qui firmauit terrā: super aquas
Qui fecit: luminaria magna.
Solem: in potestatem diei.
Lunā ꝛ stellas: i potesta: ē noctis
Qui percussit egyptum: cum pri mogenitis eorum.
Qui eduxit israel: de medio eorū.
In manu potēti: ꝛ brachio excelso
Qui diuisit mare rubrum: in diuisiones.
Et eduxit israel: per mediū eius.
Et excussit pharaonem et virtutem eius in mari rubro.
Qui traduxit populū suum: per desertum.
Qui percussit: reges magnos.
Et occidit: reges fortes.
Seon: regem amorreorum.
Et og: regem basan.
Et dedit terrā eorꝫ: hereditatem
Hereditatem israel: seruo suo.
Quia in humilitate nostra: memor fuit nostri.
Et redemit nos ab iimicis nostris
Qui dat escam omni carni
Confitemini: deo celi.
Confitemini domino dominorum quoniam in eternum misericordia eius. Gloria. Añ. Quoniā in eternum misericordia eius. Psalmus. cxxxvi.

Super flumina babilonis illic sedimus ꝛ fleuimus: dū recordaremur tui syon.
In salicib⁹ in medio eius: suspendimus organa nostra.
Quia illic iterrogauerūt nos qui captiuos duxerunt nos verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos hymnum cantate nobis de canticis syon.
Quomodo cantabimus canticum domini: in terra aliena.
Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.
Si nō proposuero tui hierusalem in principio leticie mee.
Memor esto domine filiorū edom: in diem hierusalem.
Qui dicunt exinanite exinanite: vsqꝫ ad fundamentum in ea.
Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petram. Gloria. Añ. Hymnum cantate nobis de canticis syon. Cpim. Dñs autem dirigat. ℟ Domine ne in ira. vsqꝫ ad. xl. Hymnus.

Magne deus potentie: qui ex aquis ortū genus/ parti remittis gurgiti/ parti leuas in aera
Dimersa limphis imprimens subuecta celis irrigans: vt stirpe vna prodita/ diuersa rapiant loca.
Largire cunctis seruulis/ quos mundat vnda sanguinis: nescire lapsus criminum/ nec ferre mortis tedium.
Ut culpa nullum deprimat: nullum leuet iactantia: elisa mens ne concidat/ elata mens ne corruat.
Pensem⁹ ergo q̄ vnꝗ̄ ꝑ linguā nostrā cōuersi: q̄ de ꝑuerso suo opere nr̄a increpatiōe coꝛrecti/ penitētiā egerit: q̄s luxuriā ex nr̄a eruditiōe deseruit q̄s auariciā/ q̄s supbiā declinauit. Hoc euāgeliū legat in fes. cuiuslibet exulati siue martyris/ siue confessoꝛis. Secūdū Lucā. xix.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā nobilis abijt in regionem longinquā accipere sibi regnū et reuerti. Et rel. Omelia ex commētario vene. bede pbr̄i. Lect. vij. Lu. xix.

Homo nobilis ille est cui cecus supꝛa clamabat. Fili dauid miserere mei. Et cui venīēti hierosolymam cōcinebāt. Osanna filio dauid: bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i. Lect. viij.

Longinqua regio eccl̄ia est/ ex gētib⁹ de qua eidē nobili hoī q̄ loquit. Ego aūt cōstitut⁹ sum rex ab eo: dicit a p̄re. Postula a me et dabo tibi gētes hereditatē tuā ꝛ possessionē tuā terminos terre. L. ix

Hec videlicet hereditas ꝛ possessio bifaria ratiōe regio lōginqūa nūcupatur: vel qꝛ a finibus terre clamat ad dominum vel quia lōge est a peccatoꝛibus salus. Et cū deus sit vbiqꝫ pꝛesens: longe tamē ab eoꝛum sensu qui idola colunt: verus deus abest. Sed qui erant longe facti sunt pꝛope in sanguine xp̄i. Ad. iij. chin. Omnis ponti. Ad septam Capitulum. Ad hebꝛeos quito

Nemo sumit sibi honoꝛē: sed qui vocatur a deo tāꝙ aarō Heb. v.

sicut scriptū est: tu es sacerdos ineternum secundū ordinem melchisedech. Ad .ix. Cpm Ecclesiast. xiiij.

In ecclesijs altissimi aperiet os suum: et in omni cōspectu virtutis illi⁹ gloriabit: in medio populi exaltabit: et in plenitudine sancta admirabit. ¶ In natalicijs plurimorū mar. extra tps pas. ad .i. vs. sup ps aī. Sctī p fidē vicerūt regna: operati sūt iusticiā adepti sūt repromissiōes ps. feriales. Capitulū Sapien. x.

Reddet deus mercedē laborum sanctorū suorum et deducet eos in via mirabili. R. In circui. hy⁹.

Sanctorum meritis inclita gaudia/ pāgamus socij gestaqz fortia: nam gliscit animus promere cantibus/ victorū genus optimum

Hi sunt quos retinens mūdus inhoruit ipsum nam sterili flore per aridum: spreuere penitus teqz secuti sunt: rex christe bone celitus.

Hi pro te furias atqz ferocia/ calcatunt hominum seuaqz verbera: cessit his lacerās/ fortiter vngula: nec carpsit penetralia

Ceduntur gladijs more bidentiū non murmur resonat nec queremonia: sed corde tacito mens bene conscia/ conseruat patientiam

Que vox que poterit lingua retexere/ q̄ tu martyribus munera preparas/ rubri nam fluido sanguine laureis/ ditantur bene fulgidis.

Te summa deitas vnaqz poscim⁹ vt culpas abluas noxia subtrahas des pacē famulis nos quoqz gliam per cūcta tibi secula. amē. V. Letami ā. Gaudēt in celis aie sanctorū q̄ christi vestigia sunt secuti: et q̄a pro eius amore sanguinē suū fuderūt ideo cū xp̄o regnabunt in eternū. p. Mag. Alia. ā. Isti sunt q̄ pro dei amore minas hoim cōtēpserūt scti martyres in regnū eternū exultāt cū angelis o q̄ preciosa est mors sctōrū q̄ assidue assistūt āte dn̄m et ab inuicē nō sūt separati. p. Mag. He due pdicte ane. dicūt alternis vicib⁹ p ebd. i fer. ix. le. plurimorū mar. tā. iij. q̄. ix. l. super pm. Mag. vel ad mēo. eorūdē sctōrū: ita tn̄ q sp ipzimis dicat. ā. Gaudēt in celis. ¶ In natali plurimorū martyrum nō pontificum. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus da nobis sanctorum martyrum tuorū. N. et N. ita digne merita venerari: quatenus ab instantibus liberemur periculis: et digni efficiamur gaudijs sempiternis Per do. ¶ In natali plurior mar. et poti. oro

Omnips sēpiterne de⁹ q̄ i sctōrū martyrū tuor pontificū N. et N. cordib⁹ flammā tue dilectionis accēdisti: da mētib⁹ nostris eandem fidei caritatisqz virtutē vt quorū gaudem⁹ triūphis pficiam⁹ exēplis. Per. Ad mat. inuit. i fe. ix. le. tm̄ inuit. Adorem⁹ regē magnū dn̄m Qui i sctis suis est sēp mirabilis. p. Ven. ¶ Itē in fer. ix. le. et in fer. iij. le. qn̄ habet inuit. du. Inui. Mirabilē deū in sctis suis. Venite adorem⁹ collaudātes. ps Ven. ¶ In fer. iij. lect. qn̄ inuit. est simplex. Inui. Regē martyrū dn̄m Venite adorem⁹. p. Ven. hy⁹. Sctorum meritis. In .i. no. aā. Secus decursus aquar plātauit vineā iustor sed i lege dn̄i fuit volūtas eor. p. Btūs vir. ā. Tanq̄ aurū i fornace pbauit electos dn̄s: et quasi

olocausta accepit illos ineternū. ℣. Qua
re fre. ā. Si corā hoībus tormēta passi
sūt spes electoꝝ est immortalis ineternū.
ps. In dño ɔfi. ℣. Letamini. Lect. i.
Psalmus qui cantatur dño
videt̃ sctis martyribus ɔue
nire. Sed si mēbra christi sumus si
cut esse debem⁹: ad omnes nos per
tinere intelligamus. Qui seminãt
in lachrimis: in gaudio metent. Eū
tes ibant ⁊ flebant mittentes semi
na sua. Uenientes autē venient cū
exultatione portantes manipulos
i. suos. ℟. Absterget deus omnē lachrimā
ab oculis sctōꝝ ⁊ iam nō erit amplius ne
qꝫ luctus neqꝫ clamor sed nec ullus dolor.
Qm̄ priora transierunt. ℣. Non esurient
neqꝫ sitiēt amplius ⁊ nō cadet super illos
sol neqꝫ ullus estus. Quoniam. Lec. ii.
Quo eūtes et unde veniētes
Qui seminātes i lachrimis
Que sunt semina. Qui manipuli.
Euntes in mortē: venientes a mor
te. Euntes nascendo: veniētes re
surgendo. Seminantes opera bo
na: metentes mercedem eternā. ℟.
ij. Viri sancti gl'iosum sanguinē fuderūt ꝓ
dño ⁊ amauerūt xp̄ꝫ i vita sua imitati sūt
eū in morte sua. Et ideo coronas triūpha
les meruerūt. ℣. Unus spiritus ⁊ una fi
des erat in eis. Et ideo coro. Lect. iii.
Semina ergo nostra sunt: q̄c
qd boni fecerim⁹. Manipu
li: quod in fine recipiem⁹. Si ergo
bona semina sunt bona opera: qua
re cum lachrimis: cum hylarem da
iij. torem diligat deus. ℟. Tradiderunt
corpora sua propter deū ad supplicia. Et
meruerunt habere coronas perpetuas. ℣.
Isti sunt q̄ venerūt ex magna tribulatio
ne ⁊ lauerūt stolas suas in sanguine agni
Et. Glia. Et. ¶ In nata. quorumlibet
fratrū mar. de quocūqꝫ nō. dicitur
hoc sequēs ℟. semp erit. iii. ℟. Hec
est vera fraternitas q̄ nunqꝫ potuit viola
ri certamine: q̄ effuso sāguine secuti sunt
dñm. Contēnentes aulā regiā. Peruene
runt ad regna celestia. ℣. Ecce q̄ꝫ bonū et
q̄ꝫ iocūdū habitare fratres in unū. Cōtē.
Glia. Per. Et hec sūt fe. i qb⁹ ꝑdictū
℟. sēp dicet̃ scꝫ sctōꝝ marci ⁊ mar
celliani sctōꝝ geruasij et prothasij/
sctōꝝ septē fratrū/ sctōꝝ cosme ⁊ da
miani/ sctōꝝ crispini et crispiniani.
In. ij. noc. ā. Dabo sāctis meis locū no
minatū in regno patris mei dicit dñs. ℣.
Domine quis ha. ā. Sāctis qui in ter
ra sunt eius mirificauit oēs voluntates
meas inter illos. ℣. Conserua. ā. Sācti
qui sperant in domino habebunt fortitu
dinem: assument pennas ut aquile vola
būt et nō deficient. ps. Domini est ter
ra. ℣. Exultent iusti. Lectio quarta.
Hic primum videte carissimi
quō maxime ad beatos mar
tyres verba ista pertineant. Nulli
enim tantum impenderūt: quantū
ipsi q̄ seipsos ipenderūt: sicut dicit
paulus apl'us. Et ipse impendar ꝓ
aibus vestris. ℟. iiii. Sācti tui dñe mi iiij.
rabile cōsecuti sūt iter seruiētes preceptis
tuis ut inuenirētur illesi. In aquis vali
dis terra apparuit arida ⁊ in mari rubro
via sine impedimēto. ℣. Uictricē manū
tuā laudauerūt pariter et decātauerunt
dñe nomē sanctū tuū. In. Lectio. v.
Impenderūt eni seipsos con
fitēdo xp̄m: ⁊ implēdo in ei⁹
adiutorio quod dictū est. Ad men
sam magnam sedisti: scito q̄m talia

opoꝛtet te pꝛeparare. Que est men
sa magna nisi vnde coꝛp⁹ chꝛisti ac
cipim⁹ et sanguinē. R. Verbera car
nificum nō timuerūt scti dei moriētes pro
xp̄i noie. Vt heredes fierent in domo dñi.
V. Immania enī pro christo in suis corpo-
rib⁹ pertulerūt tormēta. Vt. Lectio. vj.

QUid est scito quoniam talia
opoꝛtet te p̄parare: nisi qđ
beatus iohannes exponit: sicut chꝛi
stus pꝛo nobis animā suam posuit
sic ꝛ nos debemus pꝛo fratrib⁹ ani
mā ponere. R. O veneranda martyrū
gloriosa certamina: q̄ in suis corporib⁹ pro
xp̄o immania ꝑtulerūt tormenta. Et ideo
ꝑcipere meruerūt immarcessibilē eterne
glorie coronā. V. Despecta nāqꝫ p̄senciovi
te luce cōtēptoqꝫ suoꝝ corporū cruciatu se
nientē mundū dei pro amore vicerūt. Et
Gloria. Et. In. iij. noct. A. Iusti autem
imperpetuū viuēt: ꝛ apud dñm est merces
eoꝝ. ps. Exulta. A. Tradiderūt corpora
sua propter deum ad supplicia: vt heredes
fierent in domo dñi. ps. Benedicā. an.
Ecce merces sanctorū copiosa est apud de
um: ipsi vero mortui sunt pro christo: ꝛ vi
nēt ineternū. ps. Deus venerūt. V. In
storum anime. ¶ Secundū lucā. vij.

IN illo tpe. Descendēs iesus
de monte: stetit in loco cāpe-
stri ꝛ turba discipuloꝛum eius: ꝛ
multitudo copiosa plebis ab omni
iudea ꝛ hieru salē et maritima: ꝛ ty
ri et sydonis: q̄ venerāt vt audirēt
eū et sanarētur a languoꝛibus suis
Et rel. Sermo ex cōmenta. vene-
rabilis bede pbri. Lectio septima.
Turbe que de longe ad audiendū
veniūt: descendentis in campū dñi
curantur attactu. Discipuli quia in
minoꝛib⁹ iam sunt instituti: in mō-
tis cacumine ad maioꝛa pꝛouehun
tur. Ex quib⁹ etiā colligūtur q̄ eū
transfiguratū secreto in mōte spe-
culentur. R. Propter testamētum dñi vij.
ꝛ leges paternas scti dei ꝑstiterūt in amo-
re fraternitatis. Qz vn⁹ sēꝑ fuit spūs in
eis ꝛ vna fides. V. Fuerūt sine q̄rela ante
dñm: ꝛ ab inuicē nō sūt sepati. Qz. L. viij.

UNus pro omnib⁹ sublimio
ris sapientie fonte debꝛian
dus: magistri recumbit in pectoꝛe.
Raroqꝫ vspiā inuenies vel turbas
ad altioꝛa dñm sequi/ vel quēpiam
debilē in mōte curari: sed extincta
febꝛe libidinum: accensaqꝫ sapiētie
luce: pedetentim vnumquemqꝫ ad
eum lumen subire virtutū. R. Scti viij.
mei qui in isto seculo certamen habuistis.
Mercedē laboꝝ ego reddā vobis. V. Veni
te bñdicti patris mei. Merce. Lect. ix.

ET ipse eleuatis oculis i disci
pulos suos dixit. Beati pau-
peres: quia vestrū est regnū dei. Et
si generaliter oībus loq̄tur: specia
libus tamē oculos saluatoꝛ in disci-
pulos leuat: vt his q̄ verba intenta
coꝛdis aure ꝑcipiūt: latius sapoꝛis
intimi lumē aperiat. R. In circuitu ix.
tuo dñe lumē est qđ nūq̄ȝ deficiet. Vbi con
stituisti lucidissimas mansiones. Ibi requie
scūt sanctoꝝ aie. V. Lux ꝑpetua lucebit san
ctis tuis dñe: ꝛ eternitas tēpoꝝ. Vbi. Glo
ria. Vbi. V. Iusti autē imperpetuū viuent
R. Et apud dñm est mer. In laud. an.

IUstorum autē aie in manu dei sūt
et non tanget illos tormētum ma
licie. ps. Dñs regnauit. a. Cū palma
ad regna peruenerunt sancti: coronas de
coris meruerunt de manu dñi. ps. Iubi

late. ā. Corpora sanctorū in pace sepulta sunt ⁊ viuent nomina eorum in eternū. ps. Deus deus. ā. Martyres domini dñm benedicite in eternū. ps. Bñdicite. ā Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ps. Laudate. hymnꝰ.

Rex gloriose martyrum corona confitentium: qui respuētes terrena / perducis ad celestia.

Aurem benignam protinꝰ / appone nostris vocibus: trophea sacra pangimus / ignosce qđ deliquimus

Tu vincis in martyribus / parcendo confessoribꝰ: tu vince nostra crimina / donando indulgentiam.

Deo prī sit glīa / eiusq; soli filio: cū spū paraclyto: ⁊ nūc ⁊ imppetuū Amē. V. Mirabilis deus in sanctis suis. R. Et glīa. aṅ. Iustorū est eīm regnū celorū qui cōtēpserūt vitā mundi: ⁊ peruenerunt ad premia regni: et lauerunt stolas suas in sanguine agni. ps. Bñd. Aia. ā. Lauerūt stolas suas: ⁊ candidas eas fecerunt in sanguine agni. ps. Bñd. He pdicte due aṅe dicāt alternis vicibꝰ p ebd. i fes. plimoꝝ mar. tā. iij. q̄. ix. lect. sup pm. Bñd. vel ad mēo. eorūdē sctōꝝ: ita q; semp ī primis dicit. ā. Iustoꝝ est ei oro vts. Ad. j. ā. Iustoꝝ autē. ps De us ī no. Ad. iij. ā. Cū pal. ps. Legē. cpꝫ Reddet deꝰ. R. Letamini in dño. Et exultate iusti. V. Et gloriamini oēs recti corde. Et. Glia. Leta. Vꝰ. Exultent iu. oro vts. Ad. vj. aṅ Corpora. ps De fecit. Capitulū Sapien. decimo.

Sap. x. D Rāstulit illos per mare rubrum: et trāsuexit illos per aquā nimiā: inimicos aūt illorū demersit in mare: ⁊ ab altitudīe inferorū eduxit eos. R. Exultent iusti. In cōspectu dei. V. Et delectentur in letitia. In Gloria. Exultent. V. Iustoꝝ anime. oratio vts. Ad. ix. ā. Exultabunt. ps. Mirabilia. Capitulū Sapiētie. v.

Iusti tulerūt spolia impiorū: ⁊ decātauerūt dñe nomē sanctū tuū ⁊ victricē manū tuā laudauerūt pariter dñe deus noster: R. Iustoꝝ aie. In manu dei sunt. V. Et non tāget eos tormētum malicie. In. Glia. Iustoꝝ. V. Mirabilis. oro vts. Ad vs. aṅ Iustoꝝ autē. ps fer. cpm Reddet. hꝰ. Rex gloriose. Vꝰ. Mirabilis deus. aṅ. Absterget deus oēm lachrimā ab oculis sctorū: ⁊ iā nō erit amplius neq; luctꝰ neq; clamor: sed nec vllus dolor: qm̄ priora transierūt. ps. Mag. oro vts. Ite sequāt alia cap. plurimorū mar. ⁊ dicāt cū cpis. supraseriptis alternis vicibꝰ p ebd. nisi qñ ppria Vita. vel ppria lau. habeāt. Ad ves. ⁊ ad mat. et ad iij. dicatur Capitulū ad hebre. xi.

Sancti p fidē vicerūt regna: operati sunt iustitiā adepti sunt repromissiōes in xp̄o. Deo g. Ad. vj. Capitulum. Hebre. vndecio

Sancti ludibria ⁊ verbera expti insup ⁊ vincula et carceres / lapidati sunt / secti sunt / tentati sunt / in occisione gladij mortui sunt. Ad nonam capitulum.

Circuierūt in melotis in pellibus caprinis egētes angustiati afflicti quibꝰ dignus non erat mūdꝰ. Itē alia cpa plurimoꝝ mar. qñ. ix. le. vl. iij. habeāt cū ppria hy. ad vtrasq; ves. ⁊ mat. ⁊ ad. iij. et ad ij. ves. dicat istud cpm. Sapiē. iij.

Iustorū aie in manu dei sunt ⁊ nō tāgat illos tormētū ma

licie visi sunt oculis isipiētiū mori illi aūt sunt i pace. Ad. vj. Cp. Sap. 3.

SI corā hoībus tormēta passi sunt: spes autē illorū imortalitate plena est. Ad. ix. cp. sap. 3.

IN paucis vexati: in multis bene disponētur: quoniā de⁹ tēptauit illos et inuenit illos dignos se. ⁊c. ves. ¶ In nata. vni⁹ cōfes. et pōti. extra tp̄s pas. ad ves. āñ. Iustū deduxit dñs per vias rectas et ostēdit illi regnū dei: ⁊ dedit illi sciētiā scōꝝ: honestauit illū in laboribus et cōpleuit labores illius. maior. p̄i. fes. cp̄m. Eccle. xliiij.

ECce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo: ⁊ inuētus est iust⁹ / ⁊ in tpe iracūdie fact⁹ est recōsiliatio. Qñ. ix. lc. vel. iij. cū ꝓpria hyst. vel cū ꝓpri. lau. hñt: et etiā i oīb⁹ fes. vni⁹ ꝯfes. ⁊ pō. in tpe pas. cōtingētib⁹: tūc ad vtrasq3 ves. et ad matu. et ad. iij. dicat hoc cp̄z. Ecce sacerd. supradic. ⁊ ad. vj. cp̄z. Bñdictionē. Ad. ix. cp̄z. Cognouit eum. In oīb⁹ vero alijs fes. tā. iij. q̄. ix. lc. vni⁹ ꝯfes. ⁊ pōti. dr ad pri. ves. tātū. R. Miles christi. Hymnus.

ISte confessor domini sacratus / festa plebs cui⁹ celebrat per orbem: hodie letus meruit secreta / scandere celi.

Qui pi⁹ prudēs humilis pudicus sobrius / cast⁹ / fuit ⁊ quiet⁹: vita dū presens vegetauit ei⁹ / corpis art⁹.

Ad sacrum cuius tumulum / frequenter membra languentum modo sanitati: quolibet morbo fuerint grauata / restituuntur.

Unde nūc noster chor⁹ in honore / ipsi⁹ hymnū canit hūc libēter: vt pi is ei⁹ meritis iuuemur / oē p euū.

Sit salus illi decus atq3 virt⁹ qui supra celi residens cacumē: totius mundi machinā gubernat / trinus et vnus. Amen. V. Amauit eum dñs ⁊ ornauit eum. R. Stola glorie induit eū. āñ. Confessor dñi. N. astātem plebē corrobora sancta intercessiōe: vt qui viciorū pondere premimur / beatitudinis tue gloria subleuemur: et te duce eterna premia cōsequamur. p̄s. Magnificat. Orō.

OMnipotens sempiterne deus qui beati. N. confessoris tui atq3 pontificis hodierna festiuitate letificas: tuam supplices exoramus potentiam: vt cuius solennia deuotis officijs veneramur / eius pijs suffragijs eterne vite remedia cōsequamur. Per. Alia. orō

DA q̄s oīps deus: vt qui beati N. ꝯfessoris tui atq3 pōtificis venerāda solēnitas et deuotionē nobis augeat et salutē. Per. Cū do duo fes. vni⁹ cōfes. et pōti. simul ꝯtigerit: tūc fiet mēo. de alio fes. cū hac. āñ. Similabo eū viro sapienti: qui edificauit domū suā sup͞ra petrā. V. Iustū deduxit dñs. Orō vt decet. Ad mat. in fe. ix. lc. vel. iij. q̄ hñt iuit du. Inuit. Vnū deū in trinitate fideliter adoremus. Cuius fide deo viuit seruꝰ p̄sul. N. p̄s. Uenite. In fes. iij. lc. q̄n inuī. ē simpl. Regē cōfessor dñm. Venite adoremus. p̄s. Uenite. hy⁹. Iste ꝯfes. In j. noc. āñ. Btūs vir q̄ in lege dñi meditat voluntas ei⁹ pmanet die ac nocte: ⁊ oīa q̄cū q3 faciet semp psperabūt. p̄s. Beatus vir. āñ. Seruꝰ iste seruꝰ qui cōfessus est in dño: predicauit preceptum dñi: cōstitutus est in mōte sancto eius. p̄s. Quare fre.

ān. Tu es glīa mea tu es susceptor meus: domine: tu exaltans caput meum ꝛ exaudi sti me de monte sancto tuo. ps. Domine quid mul. ꝟ. Amauit eum. Lectio. j.

DOminicus sermo quē debemus omnes nō solū studiose: verumetiā sapienter audire cui nos oportet hūiliter ac delectabiliter obedire moderatiōis sue vbiqȝ tenens tēperiem: vt nec ouibus desint pabula: nec pastoribus alimēta quedā specialiter solis pcepit nobis quedā vero generaliter nobis ꝛ vobis.

j. ℟. Euge serue bone ꝛ fidelis: qa in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam Intra in gaudiū dñi tui. ꝟ. Dñe quinqȝ talēta tradidisti mihi: ecce alia qnqȝ super lucratus sum. Intra. Lectio secūda.

NObis namqȝ id est seruis quos ille paterfamilias rerum omniū dominus ad hec in magna domo sua constituit: vbi populo eius verbum gratie ministrem⁹ specialiter iniungitur sancte predicationis officiū: generaliter vero et nobis et vobis salutaris indicitur obediētia mandatorū.

ij. ℟. Ecce sacerdos magnus q in diebus suis placuit deo. Ideo iureiurando fecit illū dñs crescere in plebē suam. ꝟ. Benedictionem omniū gentiū dedit illi: et testamentū suū confirmauit sup caput eius. Ideo. Lec. iij.

IN his denuo mādatis tanq ditissimis ferculis: sic celestium deliciarū copia spiritualis exuberat: vt in verbo dei abundet qd perfectus comedat: abundet etiam quod paruulus sugat Ibi est simul et lacteus potus: quo tenera fidelium nutriatur infantia: et quo cibus solid⁹ robusta perfectorū iuuētus spiritualia sctē virtutis accipiat incremēta. ℟. Iurauit dñs et non penitebit eum Tu es sacerdos in eternum iij.
Scdm ordinem melchisedech. ꝟ. Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. Tu es. Glia. Scdm. In. iij. noct. ān. Inuocantem exaudiuit dñs scm̄ suū: dñs exaudiuit eū ꝛ cōstituit eū in pace. ps. Cū inuo. ān. Letentur oēs qui sperāt in te dñe: qm̄ tu bñdixisti iusto: scuto bone voluntatis tue coronasti eum. ps. Uerba. ān. Dñe dñs nr: qȝ admirabile est nomē tuū in vniuersa tra: qȝ glīa ꝛ honore coronasti scm̄ tuū: ꝛ cōstituisti eū sup opa manuū tuarū. vj.
ps. Ipsum. ꝟ. Iustū de. Lectio. iiij.

VBi prorsus ad salutē consulitur vniuersis: quos dñs saluare dignatur. Ibi est qd omni etati cōgruat: ibi est qd omni pfessioni cōueniat. Ibi audiuim⁹ precepta que faciamus: ibi cognoscimus premia que speram⁹. Ibi est iussio que nos per litterā doceat: et instruat ad sciētiā. Ibi pmissio que per gratiā trahat: ꝛ perducat ad gloriā. iiij.
℟. Posui adiutoriū super potentē: ꝛ exaltaui electū de plebe mea. Man⁹ enī mea auxiliabitur ei. ꝟ. Inueni dauid seruū meū oleo scō meo vnxi eū. Man⁹. Lec. v.

SEruorū igitur quos populo preposuit dñs specialiter volēs officiū demōstrare: ait quod in euangelio sepe audiuim⁹. Quis putas est fidelis dispensator et prudens: quem constituit dñs supra familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mēsurā. Beatus ille seruus quē cū venerit dñs: inuenerit sic facientē ℟. Magnificauit eū in conspectu regum

Et dedit illi coronã glorie. Statuit illi testamentum sempiternũ. Et de. Lec. vj.

Quis est iste domin⁹ fratres? Christus sine dubio: qui suis discipulis ait. Uos vocatis me magister et dñe: ꝛ bene dicitis. Sũ etenĩ. Que est etiã hui⁹ dñi familia Nimirũ illa est quã ipse dñs de manu inimici redemit: et dño suo mãcipauit Hec aũt familia sctã est ecclia que per orbẽ terrarũ copiosa fertilitate diffunditur: et redẽptã se precioso christi sanguine gloriatur. Rx. vj.
Sctẽ. N. xp̃i cõfessor. audi rogantes servulos. Et ipetratã celit⁹ tu defer indulgentiã. V. O sctẽ. N. sydus aureum dñi gratia servoꝝ gemitus solita suscipe clementia. Et. Gloria. Tn. In. iij. noc. ãn Dñe iste servũ hitabit in tabernaculo tuo: opatus est iusticiã: requiescet i mõte sctõ tuo ps. Dñe q̃s ha. ãn. Vitam petijt a te et tribuisti ei dñe: gl'iam ꝛ magnũ decorẽ imposuisti sup eũ posuisti in capice ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. ps. Dñs in vir. ãn. Hic accipiet benedictionẽ a dño ꝛ miam a deo salutari suo: q̃a hec est gñatio querẽtium dñm. ps. Dñi est tra. V. Iustus vt pal. Rx. Sicut cedr⁹. Scdꝫ Mat. xxv.

Mat. xxv. B In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis parabolã hãc. Homo quidã peregre pficiscẽs vocauit servos suos: ꝛ tradidit illis bona sua. Et reliqua. Om. b. grego[illegible]ri. vij

Lectio sancti euãgelij fratres charissimi sollicite cõsiderare nos ãmonet: ne nos qui plus ceteris in hoc mũdo accepisse aliquid cernimur: ab auctore mũdi graui⁹ inde iudicemur. Cum enim augẽtur dona: rationes etiã crescunt donorũ. Tanto igitur esse humilior / atq3 ad seruiẽdũ deo p̃ptior q̃sq3 debet esse ex munere: quãto se obligatiorẽ esse cõspicit in reddenda ratione. Rx. Iste est qui ante deum magnas virtutes operatus est ꝛ ois terra doctrina ei⁹ repleta est. Ipse intercedat p̃ peccatis oim populorũ. V. Ipse est qui cõtẽpsit vitã mũdi ꝛ p̃uenit ad celestia regna. Ipe. Lc. viij. viij.

Ecce homo qui peregre proficiscit seruos suos vocat: eisq3 ad negotiũ talẽta partitur. Post multũ vero tẽporis positurus rationẽ reuertitur: bene operantes pro apportato lucro remunerat. Seruũ vero a bono opere torpẽtẽ damnat. Quis itaq3 iste homo est: qui peregre pficiscit: nisi redẽptor noster qui in ea carne quaꝫ assumpserat abijt in celũ. Rx. Iste homo ab adolescentia sua partim meruit infirmos curare. Dedit illi dñs claritatẽ magnã cecos illuminare: et demones effugare. V. Ecce homo sine querela: ver⁹ dei cultor: abstinẽs se ab omni opere malo: ꝛ p̃manens in innocentia sua. Dedit. viij. Lec. nona.

Carnis enim locus proprius terra est: que quasi ad peregrinandum ducitur: dum per redemptorem nostrum in celo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens seruis suis bona sua tradidit: quia fidelibus suis spiritualia bona ꝯcessit. Et vni dedit q̃nq3 talẽta: alij autẽ duo / alij vero vnũ. Quinq3 eni sunt corporis sensus: videlicet visus / audit⁹ / gust⁹ / odorat⁹ ꝛ tactus. Quinq3 igitur talẽtis donũ quinq3 sensuũ: id est exteriorũ scientia exprimuntur. Duobus vero in-

tellectus et operatio designatur.
Unius autē talenti nomine tātum
modo intellectus designatur. ℞.
Miles christi gl'iose. N. sanctissime. Tuo
pio interuentu Culpas nostras ablue. ℣.
Ut celestis regni sedem valeamus scādere.
Tuo. Gloria. Culpas. ℣. Ora pro nobis
beate N. Iste. ℣. bz sp āte lau. in fes.
ix. lc. uni⁹ ɔfes. In fes. vero. iii. lc.
dicat. ℣. Iustum dedu. vt. ℣. Iustus vt
i. pal. In lau. ān. Ecce sacerdos magn⁹
qui in dieb⁹ suis placuit deo: et inuētus est
iustus. ps. Dn̄s regna. ān. Nō est inuē
ij. tus similis illi: qui conseruaret legem ex-
celsi. ps. Jubilate. ān. Fidelis seruus ⁊
iij. prudens quē constituit dominus supra fa-
miliam suam. ps. Deus de⁹. ān. Bea-
iiij. tus ille seruus quem cū venerit dn̄s et pul
sauerit ianuam ⁊ inuenerit cū vigilantem
v. ps. Benedicite. ān. Serue bone et fi-
delis: intra in gaudium domini tui. ps.
Lauda. Capittulū. Ecclasti. xliiij.
Eccl. xliiij. Benedictionem omniū genti
um dedit illi dn̄s et testamē
tum suū cōfirmauit sup caput eius
Qn̄ fiunt. ix. vel tres lc. cum cōi hi
storia unius confesso. et pōti. et ex
tra tempus pas. tūc dicatur ad lau
des et ad tertiā et ad scdas ves. hoc
Capm. Benedictionem. Hymnus.

Iesu redemptor omniū ppes
corona presulū: in hac die cle
mentius nostris faueto vocibus.
Qui sacri qua nominis / confessor
almus claruit: cuius celebrat an-
nua deuota plebs solennia.
Qui rite mundi gaudia / huius ca
duca respuēs: cum angelis celesti-
bus letus potitur premijs.
Huius benigne ānue / nobis sequi
vestigia: huius precatu seruulis / di
mitte noxam criminis.
Sit christe rex pijssime / tibi patri
qz glia: cū spiritu paraclyto in sem
piterna secula. Amē. ℣. Iustus ger.
ān. Euge serue bone ⁊ fidelis / quia super
pauca fuisti fidelis / supra multa te consti
tuā dicit dominus. ps. Benedict⁹. oro
vts. Si duo festa unius cōfes. et
pōti. simul cōtingūt: tūc fiat mēo.
de alio fes. cū hac. ān. Iste est qui āte
deū. ⁊ reqre hāc. ān. ad. ij. ves. uni⁹ cō
fes. ⁊ pōti. ℣. Iustus vt pal. oro. vts.
Ad. j. ān. Ecce sacerdos. ps. De⁹ i no.
Ad. iij. ān. Nō est inuē. ps. Legē po.
Capm. Bn̄dictionē. ℞. Amauit eū dn̄s:
Et ornauit eum. ℣. Stola glorie induit
eum. Et orna. Glia. Amauit. ℣. Iustū de
du. oro. vts. Ad. vj. ān. Fidelis seru⁹.
ps. Defecit. Capm. Ecclesi. xliiij.
Cognouit eū in benedictioni
bus suis ɔseruauit illi miam Eccl.
suam: ⁊ inuenit gratiā corā oculis xliiij.
dn̄i. ℞. Iustum deduxit dn̄s: Per vias D.
rectas. ℣. Et ostēdit illi regnum dei. Per
vias. Glia. Iustum. ℣. Iustus vt palma
Oro. vts. Ad. ix. ān. Serue bone ⁊ fide
lis. ps. Mirabilia. Capm. vt supra.
Magnificauit eum in conspe-
ctu regum: et dedit illi coro Eccl.
nam glorie. ℞. Iustus vt palma flore- xliiij.
bit in domo domini. ℣. Sicut cedrus liba
ni multiplicabitur. In do. Gloria. Iust⁹.
℣. Iustus germinabit. Oratio vt su-
pra. Ad. ij. ves. ān. Ecce sacerdos
magnus. ps. fer. Capm. Benedictio-
nem. Si duplex festū fuerit dicitur
℞. Sācte. N. xp̄i cōfessor. Si autē
nullum. ℞. dicatur Hymn⁹. Iesu
redemptor. ℣. Iust⁹ germinabit. ān.

Iste est qui ãte deũ magnas virtutes operatus est/et oĩs terra doctrina eius repleta est: ipse intercedat pro pctis omniũ populorũ. ps. Magnificat. Oratio vt supra. ¶ Item alie lectiones vnius confesso. et pontifi. Lectio prima.

Seruus igitur qui geminata talenta retulit a dño laudatur /at qз ad eternam remunerationẽ perducitur : cũ ei voce dñica dicitur. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia super pauca fuisti fidelis / supra multa te constituã/intra in gaudium domini tui. Lectio secunda.

Pauca quippe fratres sunt bona omnia presentis vite: ꝙtumlibet esse multa videantur in comparatione retributionis eterne. Sed tunc fidelis seruus supra multa constituitur: quãdo deuicta omni corruptiõis molestia: de eternis gaudijs in illa celesti sede gloriatur. Lec. iij.

Tunc enim a domini sui gaudium perfecte intromittitur : quando in illa eterna patria assumptus : atqз angelorum cetibus admixtus : sic interius gaudet de munere: vt non sit qd iam exterius doleat de corruptione. Lectio quarta.

Seruus qui operari de talẽto noluit: cum verbis excusationis ad dominum redit: dicens. Domine scio quia homo durus es/ metis vbi nõ seminasti/et cõgregas vbi nõ sparsisti / et timẽs abij et abscondi talentũ tuũ in terra ecce habes qd tuum est. Notãdũ vero ꝙ inutilis seruus dñm durũ vocat: cui tamẽ ad lucrũ deseruire dissimulat. Et timuisse se dicit i lucrũ talẽtũ expẽdere: qui hoc solũ timere debuerat ne hoc sine lucro ad dñm reportaret. Lec. v.

Sunt autẽ pleriqз intra sanctã ecclesiã: quorũ iste seruus imaginem tenet: qui melioris vite vias aggredi metuũt: et tamẽ iacere in sui corporis ignauia nõ ꝯtimescũt. Cũqз enĩ pctõres se ꝯsiderãt / sctitatis vias arripere trepidãt ⁊ remanere in iniqtatib⁹ suis nõ formidãt. Lec. vi

Sed qui idcirco melioris habitus vias et rectioris vite apprehendere arcẽ nolunt: quia infirmos se esse cõspiciunt: quasi et peccatores se fatentur: et dñm repellunt : eũqз in quo sanctificari debuerant refugiunt: et velut in perturbatione positi consilium nõ habẽt dũ moriũtur : et vitã timent. Unde et huic seruo protinus respondetur. Serue male ⁊ piger sciebas/quia meto vbi nõ semino et cõgrego vbi non spargo. Oportuit ergo te dare pecuniã meam nũmularijs vt ego veniens recipissem vtiqз qd meũ est cum vsura. Euangelium scdm Matheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uigilate : qa nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et reliqua. Omelia veneran. bede presbiteri. Lec. vij. Mat. xxiiij. D

Hac similitudine ostendit dñs aduentum suum semper debere esse suspectum. Paterfamilias enim animus noster est qui corpus et oĩa officio corporis more patrisfamilias regit ⁊ cõtinet. Fur autẽ: mors est improuise adueniẽs. Lec. viij.

Fur igitur domũ ꝑfodit: cũ mors repẽte et subito: repentinum tran-

situm parat. Paterfamilias vero si sciret aduentũ furis vtiqȝ vigilaret: & nõ sineret perfodi domũ suã/ q̃a si animus noster sedulo diẽ mortis inspiceret: sine dubio a corpore suo per omnia vigilaret. Lectio .ix.

Seruus autẽ fidelis & prudẽs intelligitur chorus apostolorum et imitatorum eorũ. Recte ordo apostolorum seruus fidelis et prudens dicitur. Fidelis eni est q̃a fideliter & deuote substantiam dñi sui dispensat Prudens est: quia in distribuendo capacitatem singulorum discernit.

¶ In natali vnius cõfessoris abbatis ad vespas super. pos. añ. Amauit eum dñs et ornauit eum: stola glorie induit eum: et ad portas paradisi coronauit eum. pi. fer. Cpm. Ecclesia. xxxix.

Eccl. xxxix. A Iustus cor suũ tradet ad vigilandũ diluculo ad dñm qui fecit illum: et in cõspectu altissimi deprecabitur. ℟. Vir israelita. Hymn⁹. Iste ↄfessor. ℣. Amauit eũ do. añ. Similabo eum viro sapiẽti: qui edificauit domũ suam supra petram. ps. Magnifi. Orõ de ꝓprietate. Ad mat. in fer. ix. lec. vl. iij. qñ iuit. est du. Inuit. Iust⁹ florebit in domo dñi plãtat⁹: Gaudeam⁹ et exultem⁹ in ei⁹ sacra solẽnitate. ps. Ueñ. In fer. iij. lc. qñ iuit. ẽ sim pl. Inuit. Regẽ cõfe. ps. Ueñ. Hy⁹. Iste ↄfessor. In .j. noct. & in seq̃nti noct. ãne. pi. & ℣. de cõi vni⁹ ↄfes. & põ. lc. legãt de ꝓprietate. ℟. j. Euge serue. q̃re i cõi vni⁹ ↄfes. & põ. ℟. ij. Iust⁹ germinabit sicut liliũ. Et florebit in eternũ ãte dñm. ℣. Plãtatus in domo dñi: in atrijs dom⁹ dei nri. Vel. ℟. iij. Vir israelita gaude coheres xp̃i. Intercede pro nobis. ℣. Vt precib⁹ tuis a deo veniã sperem⁹ deuoti ad te cõfugimus. Inter. In ij. noc. ãn. Inuocãtẽ ps. Cũ inuo. ↄce. ãe. cũ suis ps. ℣. Iustũ dedu. ℟. iiij. Magnificauit. q̃re i cõi vni⁹ ↄfe. & põ. ℟. v. Amauit eũ dñs & ornauit eũ: stola glie induit eũ. Et ad portas paradisi coronauit eũ. ℣. Induit eũ dñs lorica fidei: et ornauit eũ. Et. ℟. vj. Sctẽ. N. xp̃i cõfes. q̃re in cõi vni⁹ ↄfes. & põ. In. iij. noc. ãn. Dñe iste sctũs. ps. Dñe q̃s ha. ℣. Iustus vt pal. ℟. vij. Iste est q̃ ante. ℟. viij. Iste hõ. ℟. ix. Miles xp̃i gl'iose q̃re hoc. iii. ℟. in cõi vni⁹ ↄfes. et post. ℣. Iust⁹ vt pal. Scdm Lucã. xi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accẽdit lucernã & in abscõdito ponit: neqȝ sub modio sed super candelabrũ vt qui ingrediũtur lumen videãt. Et rel. Lu xi.

Om. beati bede pbri. Lectio. vij.

Ne se ipso dñs hoc loquitur ostendẽs & si supra dixerat nullũ generationi neq̃ nisi signum ione prophete dandũ: nequaq̃ tamen lucis sue claritatem fidelibus occultandam. ℟. Iste est qui ante deum. Lec. viij.

Ipse quippe lucernã accendit: qui testã humane nature flã ma sue diuinitatis impleuit. Quã profecto lucernã nec credẽtibus abscondere nec modio supponere / hoc est sub mẽsura legis icludere: vel ifra vnius iudee gẽtis terminos voluit cohibere. Sed super cãdelabrum inquit: vt qui ingrediũtur lumẽ videant. ℟. Iste homo. Lectio nona.

Candelabrũ ecclesiã dicit: cui lucernã superposuit: q̃a in nostris frõtibus fidẽ sue incarnationis affixit

vt qui ecclesiā ingredi fideliter vo luerint: lumē veritatis palā queāt intueri. Qua sententia iudeorum quoqꝫ proceres condēnat: qui signa querētes exterius apertā lucis ia nuā noluerūt intrare credēdo. ℟. Miles xp̄i gl'iose. ℣. In fes. ix. lec. ℟. Ora pro no. In fes. iij. lec. ℟. Iustū de. vel ℟. Iustus vt palma. In laud. ān.

i. Iustū deduxit dñs per vias rectas:
ij. et ostēdit illi regnū dei. p̄s. Dñs
iij. regna. ān Nō est inuentus. p̄s. Iubil.
iiij. ān. Fidelis ser. p̄s. Deus deus. ān.
v. Beat⁹ ille. p̄s. Bened. ān. Serue bone

p̄s. Laud. reqre has. iiij. ās. i lau. in cōi vni⁹ ↄfes. ꝛ pō. cp̄ Iust⁹ cor. suū. hy⁹. Iesu redēptor. ℣. Iust⁹ ger ā. Euge ser. p̄. Bñd⁹. oro. vts. Ad. j. ā Iustū dedu. p̄s. De⁹ in no. Ad. iij. ān Nō est inuen. p̄s. Legē po. Cp̄m: Iust⁹ cor suū. ℟. ꝛ ℣. ad oēs horas dñr vts. in cōi vni⁹ confes. et pontificis. ¶ Ad. vj. ān. Fidelis seru⁹. p̄s. Defecit. Capitulum Eccl. xxxix.

Si enim magn⁹ dñs volue rit spiritu intelligētie replebit illū: et ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapiētie sue: ꝛ in oratiōe cōfitebit dño. Ad. ix. ān. Serue bone ꝛ. p̄s. Mirabilia. Cp̄m. Ecclesi. xxxix.

Dominus diriget consilium eius ꝛ disciplinā: ꝛ i lege testamēti sui gloriabitur. Ad ves. ān Iustū dedu. minor. pt. fer. cp̄m. Iustus cor suū. hy⁹. Iesu redēptor. ℣. Iust⁹ ger. ān. Iste est q̄ ante deū. p̄s. Magnificat. oro. vts. Itē alia cp̄. de quocuqꝫ ↄfes. Cp̄m. Sapie. x.

Iustū deduxit dñs per vias rectas ꝛ ostēdit illi regnū dei et dedit illi scientiā sanctorū honestauit illū in laboribus: et cōpleuit labores illius. Ad. vj. cp̄. vbi supra

Custodiuit eū dñs ab inimicis: ꝛ a seductoribus tutauit illū: ꝛ certamē forte dedit illi vt vinceret: et sciret quoniā oīm potētior est sapientia. Ad. ix. Cp̄. Sapie. x. Sap. x. C

Sapientia venditū iustū nō dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eū. Scd̄z Marcū. xiij. Sap. x. C

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate ꝛ orate: nescitis eni quādo tēpus sit. Et rel. Om̄. vene. bede pb̄ri. l. vij. Mar. xiij. C

Uigilare ꝛ orare et cautos existere discipulos suos dominus monuit: sed tamen eis iudicij vltimi tempus ostendere noluit: quia magis illis profuit hoc nescire q̄ scire. Ut semꝑ suspecti: semperqꝫ parati vigilarent. Lectio octaua.

Unde siquidē vigilat: qui vanis mūdi gaudijs dormit: ꝛ p̄ceptis diuinis excubat: vtiliter eni orat qui talē se exhibet: vt percipere valeat quod in oratiōib⁹ postulat. Lec. ix.

Nescitis eni quādo tēpus sit: ac si diceret: sicut ignorastis diē itroit⁹ vestri in mūdū: ita ignoratis ꝛ diē exitus vr̄i de mūdo. ℟. Ora pro nobis beate. ℣. ¶ In natali plurimorum cōfesso. ad vespas. ān. Sctī per fidē. Psalmi fer. Cp̄m. Ad hebreos. vij.

Plures facti sunt sacerdotes secūdū legē: idcirco q̄ morte prohiberētur manere: iesus autem eo q̄ maneat in eternū sempiternū habet sacerdotiū. ℟. Iusti imperpetuum viuent: et apud dñm est merces eorū. Hebr. viij.

Et cogitatio eorum apud altissimum. ℣.
Ideo accipiet regnũ decoris: et dyadema
speciei de manu dñi. Et. Gloria laus ꝛ ho
nor decus potestas et iubilatio patri ac na
to et spiritui sctõ. Apud. hy⁹. Sctoꝝ
meritis. Hi sunt quos. Te sum=
ma deit. ℣. Letamini. ãn. Fulgebũt iu
sti ꝛ tanq̃ scintille in arũdineto discurrẽt
iudicabunt natiões: ꝛ regnabunt in eter-
num. ps. Magnificat aia. Oratio.
Beatorũ cõfessorũ tuorũ. N.
et. N. nos dñe tuere presidi=
is: vt quorũ festiuitatẽ annua deuo
tiõe recolimus: eorũ intercessiõe ab
omnibus aduersitatib⁹ eruamur.
Per dominũ nostrũ. Alia oratio.
Deus qui nos sanctorũ con=
fessorũ tuorũ. N. et. N. cõfes
sionibus gloriosis circũdas ꝛ prote
gis: da nobis eorũ imitatione pro=
ficere: ꝛ intercessiõe gaudere. Per
eũdẽ. Ad matut. Inuit. Mirabilẽ de
um in sanctis suis Uenite adoremus col
laudãtes ps. Uenite. In festis vero
iij. lc. Inuit. Regẽ cõfes. ps. Uenite
Hy⁹. Sctoꝝ meritis. Hi suntquos
Te summa. In. j. noct. ãn. Sec⁹ de-
cursus aquaꝝ plantauit vineã iustoꝝ sed
in lege dñi fuit voluntas eorũ ps. Beat⁹
vir. ãn. Tanq̃ aurum in fornace proba-
uit electos dñs: ꝛ quasi olocausta accepit
illos i eternũ. ps. Quare fre. ãn. Filij
hoim scitote quia dñs sctõs suos mirifica-
uit. ps. Cũ inuoca. ℣. Letami. Lec. j.
Beati sunt serui illi: quos cũ
venerit dñs inuenerit vigi=
lantes. Uigilat: qui ad aspectũ ve=
ri luminis mentis oculos apertos
tenet. Uigilat: qui seruat operãdo
quod credit. Uigilat: qui a se corpo
ris et negligentie tenebras repel=
lit. Hinc enim paulus dicit Euigila
te iusti: et nolite peccare. ℟. Ab- j.
sterget deus omnẽ lachrymã ab oculis san
ctorũ: ꝛ iam nõ erit ãplius neq3 luct⁹ neq3
clamor sed nec vllus dolor. Quoniam prio
ra transierunt. ℣. Non esurient neq3 siti-
ent amplius: et non cadet super illos sol;
neq3 vllus estus quoniã. Lectio scda.
Hinc rursus ait. Hora est iã
nos de somno surgere. Sed
veniẽs dñs quid seruis vigilanti=
bus exhibebit audiamus. Amẽ di=
co vobis q͛ precinget se ꝛ faciet illos
discũbere: ꝛ transiẽs ministrabit il
lis. Precinget se: idest ad retributio
nem pparabit. Faciet illos discũbe=
re: idest in eterna quiete refoueri.
Discũbere quippe nostrũ est i eter=
no regno quiescere. ℟. Exultabunt
sctĩ in gl'ia. Letabuntur in cubilibus suis ij.
℣. Epulentur et exultẽt in conspectu dei.
Letabũtur in cubilibus. Lectio. tertia.
Unde rursus dñs dicit. Ue
niẽt ꝛ recũbẽt cũ abrahã ysa
ac et iacob. Transiens autẽ dñs mi
nistrat: quia lucis sue illustratione
nos satiat. Trãsire vero dñi est: cũ
de iudicio ad regnũ redit. Uel cer=
te nobis dñs post iudiciũ trãsit: q̃a
ab humanitatis forma i diuinitatis
sue cõtẽplatiõe nos eleuat. ℟. Iu=
sti ipse. vts. ad. j. ves. ¶ In. ij. noct.
ãn. Letentur oẽs qui sperãt in te dñe/q̃m
tu benedixisti iustis scuto bone voluntatis
tue coronasti eos. ps. Uerba. ãn. Dabo
sctis meis locũ noiatũ i regno patris mei
dicit dñs. ps. Dñe q̃s ha. ãn. Sctis qui
in terra sunt ei⁹ mirificauit oẽs volunta-
tes meas inter illos. ps. Conserua. ℣.

Exultent iusti in conspectu. Lectio. iiij.
Et transire eius est in clarita
tis sue speculationē nos du-
cere: cum eū quem in humanitate
in iudicio cernimus / etiā in diuini
tate post iudiciū videamus. Ad iu
diciū quippe veniēs in forma serui
omnibus apparet: quia scriptū est
videbūt in quē transfixerūt. Sed
reprobi in suppliciū corruunt: iusti
ad claritatis eius gloriā pertrahū-
tur: sicut scriptū est. Tollatur im-
iiij pi⁹: ne videat gloriā dei. ℟. Letami-
ni iusti: et exultate in dño Et gl'iamini oēs
recti corde. ℣. Cātate ei cāticū nouū: bene
psallite ei in vociferatiōie. Et. Lec. v.
Sed quid si serui i prima vigi
lia negligētes existūt. Pria
vigilia primeue etatis custodia est.
Sed neq sic desperādū: et a bono
opere cessandū est. Nā lōganimita
tis sue patiētiā isinuās dñs subdit
Et si venerit in secūda vigilia: et si
in tertia vigilia venerit et ita inue
nerit: bti sunt serui illi. ℟. Sācti tui
v. dñe mirabile cōsecuti sunt iter seruientes
preceptis tuis: vt inuenirētur illesi. In aquis
validis terra apparuit arida: et in mari ru
bro via sine ipedimēto. ℣. Victricē manū
tuā laudauerūt pariter et decātauerūt dñe
nomen sanctum tuum. In. Lectio. vi.
Prima quippe vigilia prime
uū tēpus est: idest pueritia.
Scda adolescētia vel iuuēt⁹. Ter
tia autē senectus accipit. Qui ergo
vigilare noluerit in pria vigilia: cu
stodiat vel secūdā. Ut qui cōuerti a
prauitatib⁹ suis in pueritia negle-
xerit: ad vias vite saltē in tpe iuuē
tutis euigilet. Et qui vigilare in se
cunda vigilia noluerit tertie vigi-
lie remedia non amittat. ℟. In cir vj.
cuitu tuo dñe lumen est quod nunq̄ defici-
et. Ubi cōstituisti lucidissimas mansiones.
Ibi requiescūt sctōr anime. ℣. Lux perpe
tua lucebit sanctis tuis dñe et eternitas tē-
porū. Ubi. Gloria. Ibi. In .iij. noct.
ān. Sācti qui sperāt in dño habebūt for-
titudinē: assument pēnas vt aquile: vola-
būt et nō deficient. ps. Dñi est terra.
ān. Iusti aūt imppetuū viuēt: et apd dñm
est merces eor. ps. Exultate iusti. ān.
O q̄ gloriosum est regnum in quo cū xp̄o
gaudēt oēs sctī amicti stolis albis: sequun
tur agnū quocūq ierit. ps. Quā dilec.
℣. Iustor anime. Scdm Lucā. xij.
In illo tpe. Dixit iesus disci- Luce. xij.
pulis suis. Sint lumbi ve-
stri precincti: et lucerne ardentes in
manib⁹ vestris. Et reliqua. Ome-
lia bti gregorij [redacted]. Lectio. vij.
Sancti euangelij fratres charissi
mi aperte est lectio recitata: sed ne
aliquibus ipsa ei⁹ planicies alta for
tasse videatur eā sub breuitate trās
currimus: quatenus eius exposi-
tio ita nesciētib⁹ fiat cognita: vt tñ
scientibus nō sit onerosa. Quia vi-
ris luxuria in lūbis sit: feminis in
vmbilico: testatur dñs q̄ de dyabo
lo ad beatū iob loquit dicens. Uir-
tus eius in lūbis eius: et fortitudo
eius in vmbilico vētris ei⁹. A prin
cipali igit sexu lūbor noie luxuria
designat cū dñs dicit. Sint lūbi ve
stri pcīcti. ℟. Sacerdotes ei⁹ induāt iu vij.
sticiā. Et sctī ei⁹ exultatiōe exultabūt. ℣.
Illuc producā cornu dauid: paraui lucer-
nā christo meo. Et. Lec. viij.
Lumbos enim precingimus:

cum carnis luxuriā per continētiā
coartamus. Quia vero minus est
mala nō agere: nisi etiā quisqȝ stude-
at et bonis operib⁹ insudare: ptin⁹
addit. Et lucerne ardētes in mani-
bus vr̄is. Lucernas quippe ardētes
in manib⁹ tenem⁹: cū per bona opa
proximis nr̄is lucis exēpla monstrā-
mus. De quibus pfecto opib⁹ dn̄s di
cit. Luceat lux vr̄a corā hoībus: vt
videāt opa bona vestra: et glorificent
viij. patrē vr̄m qui in celis est. ℟. Cor-
pora sctōꝝ i pace sepulta sūt Et viuēt noīa
eoꝝ in eternū. ℣. Sapiētiā sctōrum narra
būt oēs ppl'i: et laudē eorū pronūciat ois
ecclesia sanctorū. Et viuēt. Lectio. ix.

Duo autē sunt que iubentur
et lūbos restringere: et lucer
nas tenere. Ut et mūdicia sit casti-
tatis i corpore: et lumē veritatis in
operatiōe. Redēptori etenim nostro
vnū sine altero placere nequaqȝ po
test. Castitas ergo non magna est
sine bono ope: nec opus bonū est ali
quid sine castitate. Sed si vtrūqȝ
agit restat vt quisquis ille est: spe ad
supernā patriā tēdat. ℟. Sint lūbi
ix. vestri precincti et lucerne ardētes in mani
bus vr̄is. Et vos similes hoībus expectā-
tibus dn̄m suum. Quādo reuertatur a nu
ptijs. ℣. Vigilate ergo quia nescitis qua
hora dn̄s vester vēturus sit. Et vos. Glo
ria Pa̅. ℟. Iusti autē. In laudib⁹. an̄.
j. Iustorum autē aīe in manu dei sunt / et nō
tanget illos tormētū malicie. ps. Dn̄s
ij. reg. an̄. Cū palma ad regna peruenerūt
sancti coronas decoris meruerūt de manu
iij. dn̄i. p̄s. Iubil. an̄. Corpora sctōꝝ in pace
sepulta sunt / et viuēt noīa eorū in eternū.
iiij. p̄s Deus deus. an̄. Sacerdotes dei bn̄dicite
dn̄o / serui dn̄i hymnū dicite deo in eternū
p̄s. Bn̄d. an̄. Exultabūt sancti in gloria et
letabuntur in cubilibus suis. p̄s Laud. v.
cap̄m. Plures facti sunt. hy⁹. Rex
gloriose mar. tot⁹ hy⁹. ℣. sicut i cōi
plurimorum mar. ℣. Mirabilis de⁹ i san
ctis. an̄ Sint lūbi vestri precincti et lucer-
ne ardentes in manib⁹ vestris / et vos simi
les hominibus expectantibus dn̄m suum
quādo reuertatur a nuptijs. p̄s. Bn̄d⁹.
Or̄o. vt s̄. Ad. j. an̄. Iustorū autē. p̄s.
Deus in noīe. Ad. iij. an̄. Cū palma.
p̄s. Legem pone. cap̄. Plures facti.
℟. et ℣. vt cōi plurimorum mar. ad oēs
hor. dicant. Ad vj. an̄. Corpora. p̄s.
Defecit. Cap̄m. Philippen̄. tertio. Phi.
iij.

Sancti et iusti in dn̄o gaude-
te: vos elegit deus i heredi
tatem sibi. Ad. ix. an̄. Exultabunt. p̄s
Mirabilia Cap̄m. Sapientie. v. Sa.
v.

Iusti autē in perpetuū viuēt
et apud dn̄m est merces eorū
et cogitatio eorū apud altissimum.
Ad scdas vespas. an̄. Iustorum autē.
p̄i. fer. cap̄ Plures facti. ℣. Mirabilis
deus. an̄. Sctorū est verū lumē et admirabi
le ministrās lucē his q̄ pmanserūt in ago-
ne certaminis / recipient a xp̄o splendorē
sempiternū / in quo assidue felices letātur
p̄. Mag. Or̄o. vt s̄. ad. j. ves̄. ¶ In
na. vni⁹ vir. et mar. ad. i. ves̄ an̄. Hec
est vgo prudēs que veniēte sponso aptauit
lāpades suas et introiuit cū dn̄o ad nupti
as. p̄i. fer. Cap̄m. Ecclesiastici. vltimo

Domine deus me⁹ exaltasti Eccl.
super terrā habitationē me vltimo
am: et pro morte defluēti deprecata
sum. ℟. Regnum mundi Hymnus.

Virginis proles opifexqȝ ma-
tris virgo quem gessit pe-

peritq; virgo: virginis festum cani mus tropheum accipe votum.

Hec tua virgo duplici beata sorte dū gessit fragilē domare corporis sexū domuit cruentū corpore seclū.

Unde nec mortem nec amica mortis seua penarum genera pauescēs sanguine fuso meruit secreta scandere celum.

Huius obtētu deus alme nostris parce iā culpis vicia remittens quo tibi puri resonemus almum pectoris hymnum.

Gloria patri geniteq; proli et tibi compar vtriusq; semper / spiritus alme deus vnus omni tēpore secli. Amen. ℣. Diffusa est.ān. Simile est regnum celorum sagene misse in mare / ꝫ ex omni genere pisciū congreganti/ quā cum impleta esset educentes et secus litt⁹ sedē tes elegerūt bonos in vasa sua malos aūt foras miserunt.ps. Magnifi. Oratio.

Indulgentiam nobis domine beata. N .virgo et martyr iplozet que tibi grata semper extitit: et merito castitatis: et tue professiōe virtutis. Per. Alia. orō.

Exaudi nos de⁹ salutaris noster: vt sicut de beate. N. virginis tue et martyris festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotiōis erudiamur affectu. Per. Ad mat. i fes. ix. lc.trī. Inuit. Christū venerantes deū adorem⁹ regē regū. Qui i eclis.p̄ palmā hodie dedit eternā. ps. Ueū. In fe. ix lc.vel.iij.qñ est inuit.du. Inui. Agnū spōsum virginū. Venite adorem⁹ dūm iesum xp̄m ps. Ueū In fes.iij. lec. qū. est inuit. simpl. Inuit. Regē virginū dūm Venite adorem⁹.ps. Uenite. hy⁹.

Uirginis ꝓles. In.j.no.ā. Ante thorū huius vḡinis frequētate nobis dulcia cantica dragmatis.ps. Dñe dñs nr̄.ā. Sicut liliū inter spinas sic amica mea iter filias.ps Celi enr̄. ān. Fauus distillans labia tua spōsa/ et odor vestimētorum tuorum sicut odor thuris.ps. Dñi est terra. ℣. Diffusa. Lectio prima.

Quoniā hodie natalis est virginis: ꝯgruū aliquid de virginibus est loquendū. Immaculatus enim dñs/ immaculatā sibi famulā etiā in hoc pleno colluuionū fragilitatis humane corporis positam misericorditer ꝯsecrauit. Natalis est virginis: integritatem sequamur. Natalis est scte. N. Mirantur viri: nō desperāt virgines. Non autē ideo laudabilis virginitas: quia et in martyrib⁹ reperitur sed q̄a ipsa martyres facit. ℟. Diffusa est grā in labijs tuis. Propterea bñdixit te de⁹ in eternū. ℣. Dilexisti iusticiā ꝫ odisti iniquitatem. Propterea. Lectio .ij.

Quis enim humano eā possit ingenio cōprehendere: quā nec natura suis inclusit legib⁹. Hec virgo e celo accersiuit: qđ imitaretur in terris. Nec immerito viuendi sibi vsum quesiuit e celo: que spōsum sibi inuenit in celo. Nō ego laudationem non suscepi virginitatis sed expressionem Ad rem tamē pertinere arbitror: vt que sit ei patria quis auctor appareat. ℟. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuam / et obliuiscere populum tuum: et domum patris tui. Et deducet te. Lectio tertia.

P Rius vbi sit patria diffiniamus. Si enim ibi est patria vbi genitale domiciliũ: in celo profecto est patria castitatis. Itaq₃ hic aduena ibi icola est. Quid autẽ est castitas virginalis: nisi expers cõtagiõis integritas? Atq₃ eius auctorẽ quẽ possumus estimare: nisi immaculatũ dei filiũ cuius caro nõ vidit corruptionẽ / diuinitas nõ est experta cõtagionem. Uidete ergo q̃ta virginitatis merita sint: christus ante virginẽ: christus ex virgine.
iij. ℟. Dilexisti iusticiam ꝛ odisti iniquitatem: propterea. Unxit te deus deus tuus oleo leticie. ℣. Propter veritatem et mansuetudinẽ et iusticiã. Unxit. Gloria. Unxit. In. iij. noct. Añ. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Ps. Eructauit. Añ. Adiuuabit eã deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. Ps. Deus noster refu. Añ. Unguentum effusum nomen tuum ideo adolescentule dilexerunt te nimis Ps. Fundamenta. ℣. Specie tua et pulchritudine tua. Lectio quarta.

C Hristus virginum sponsus ante virginẽ fuit: ꝛ idem est natus de virgine. A patre quidem natus ante secula: sed ex virgine renatus ob secula. Illud nature sue: hoc nostre vtilitatis est: illud erat semp / hoc voluit. Spectate ꝛ aliud virginitatis meritũ: christus virginis spõsus: et si dici potest: christus virginee castitatis. Uirginitas enĩ christi: nõ virginitatis est christus.
iiij. ℟. Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantẽ inuenit: que acceptis lãpadibus sumpsit secũ oleũ. Et veniẽte dño itroiuit cũ eo ad nuptias. ℣. Inuẽta vna margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Et veniente domino. Lectio quinta.

U Irgo est que nupsit: virgo que nos sub vtero portauit Uirgo que genuit: virgo que proprio lacte nutriuit. Sed iã a matre descẽdamus ad filias. De virginibus inquit sanctus apostolus p̃ceptũ dñi nõ habeo. Si doctor gẽtiũ nõ habuit: habere quis potuit? Et preceptũ quidẽ nõ habuit: sed habuit exẽplũ. Nõ eni potest iperari virginitas: sed optari. Sctã mater ecclesia imaculata est coitu: sed fecunda partu. Uirgo est i castitate: mater est in prole. ℟. de vna v̾gine et mar. ℟. Ueni sponsa christi accipe coronã quã tibi dñs p̃parauit: pro cuius amore sanguinẽ tuu₃ fudisti. Et cum angelis in paradisum introibis. ℣. Ueni spõsa mea ꝛ ponã te in thronũ meũ / quia cõcupiuit rex speciẽ tuã. Et. Alid. ℟. de vna virgine nõ mar. ℟. Induit me dñs vestimento salutis ꝛ indumento leticie circundedit me. Et tanq̃ spõsam decorauit me corona ℣. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas ꝛ circundedit me vernãtibus atq₃ choruscantibus gẽmis. Et tanq̃ sponsam decorauit me. v. Lectio sexta.

P Arturit nos virgo non viro plena: sed spiritu. Parit nos virgo nõ cũ dolore mẽbrorũ: sed cũ gaudijs angelorũ. Nutrit nos virgo non corporis lacte: sed apostoli quo infirmã adhuc crescẽtis populi lactauit etatem. Uirginitas dei donũ est: mun⁹ parẽtis: sacerdotiũ castitatis. Uirgo matris ecclie hostia est: cuius quotidiano sacrificio

vis diuina placatur. Uirgo est ec-
clesia quã studuit apostolus virgi-
nem castã assignare christo. Uirgo
est filia syõ virgo est ciuitas illa hie
rusalẽ que i celo est i qua nihil itrat
vj. cõe atqz immundũ. ℟. Audi filia et vi-
de et inclina aurẽ tuam et obliuiscere po-
pulum tuũ et domum patris tui. Et cõcu
piscet rex speciẽ tuã. Quoniã ipse est dñs
deus tu?. ℣. Induet te dominus vestimẽ
to salutis: et indumento leticie circumda-
bit te. Et concupiscet. Gloria. Quoniam.
In. iij. noct. ãn. Hec est que nesciuit tho
rum in delicto habebit fructum in refectio
ne animarum sanctarum. ps. Cãtate. j.
ãn. Nigra sum sed formosa filia hierusalẽ
ideo dilexit me rex et introduxit me in cu-
biculum suum. ps. Dominus regna.
ãn. O q̃ pulchra est casta generatio cum
claritate. ps. Cantate. ij. ℣. Adiuuabit
eam. ¶ Secundũ. Matheum. xiij.
Mat. xiij. IN illo tẽpore. Dixit iesus di
scipulis suis parabolã hanc.
Simile est regnum celorũ thesau-
ro abscõdito in agro: quem qui inue
nit homo abscondit / et pre gaudio
illius vadit et vendit vniuersa que
habet et emit agrũ illũ. Et reliqua.
Omelia beati gregorij [illegible] de ea-
dem lectione. Lectio septima.
Regem celorum fratres charissi-
mi idcirco terrenis rebus simile di
citur: vt ex his que animus nouit:
surgat ad incognita que non nouit:
quatenus exemplo visibilium se ad
inuisibilia rapiat et per ea que vsu
didicit: quasi cõfricatus incalescat
vt per hoc qd̃ sit notum diligere / di
vij. scat et incognita amare. ℟. Ueni ele
cta mea & ponam in te thronum meum.
Quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Au
di filia et vide et inclina aurem tuã. Quia
concupiuit rex. Lectio octaua.
ECce enim regnum celorum
thesauro abscondito in agro
comparatur: quem qui inuenit ho-
mo abscõdit et pre gaudio illius va
dit et vendit vniuersa que habet: et
emit agrum illum. Qua in re hoc
Hec est domus dñi firmiter edificata: bene fundata est supꝛa firmã petram. ℟. Dom⁊ mea. Hy⁹. Angulare fundamẽtũ. ℣ Beati qui habitant. ã. Ecce tabernaculum dei cũ hominibus ⁊ spiritus dei habitat in nobis templũ enim dei sanctũ est quod estis vos pro cuius amoꝛe celebratis hodie gaudia tempoꝛe festi. In pasc. tpe alla. ps. Magnificat. Oꝛo De⁹ q̃ nobis per singulos annos. Et sic fiat seruitiũ quotidie de dedicatõe p octo dies cũ regimie choꝛi: ⁊ etiã i dñica: nisi fes. ix. lec. intercurrat: vel triũ lec. cũ regimine choꝛi/ scꝫ ab oct. pasche vsqꝫ ad ascensionem dñi: vel a festo sctẽ trinitatis vsqꝫ ad aduentũ dñi hoc festũ cõtigerit: vel etiã ab oct. epyphanie vsqꝫ ad. lxx. Quotidie etiã p oct. ad matut. Inuit. hym. ã. et psal. sicut in pꝛima die. ℣. ⁊ ℟. secundũ oꝛdinẽ nocturnoꝝ dicunt: ⁊ vna sola. ã. sup laudes. Et quotidie infra oct. ad vesp. et ad matut. ⁊ ad alias hoꝛas dr ista Oꝛo. Deus qui ecclesiam tuã spõ. Si vero infra aduẽtũ vel infra. lxx. vsqꝫ ad caput ieiunij hoc festũ cõtigerit: oct. erũt sine regimine choꝛi vsqꝫ ad octauũ diẽ: tũc enim fiãt. ix. lec. ⁊ inuit. triplex: nisi in dñica cõtigerit. Et si aliquod fes. iij. lec. vel oct. sctoꝝ infra has oct. cõtigerit: totũ fiat seruitiũ de fes. vel de oct. ⁊ tñi mẽo. de dedi

catiōe. Dñica vero q̄ tūc infra octa. vł in octa. euenerit totū fiat seruí. de ipsa dñica: ꝛ tm̄ mēo. de dedica. Cū autē a circūcisione dñi vsqꝫ ad octa. epy. vel a. iiij. fer. in capite ieiunij vsqꝫ ad quartā fer. ante pas. vel a vigilia ascensiōis dñi vsqꝫ ad vigiliā penthe. hoc fes. forte cōtigerit nichil fiat de fes. infra octa. nec etiam in octa. nisi tm̄ mēo. Si enim a vigilia nati. dñi vsqꝫ ad circūcisionem dñi: vel a quarta feria ꝑxima ante pas. vsqꝫ ad octa. pasche: vel a vigilia pēthe. et abhinc vsqꝫ ad fes. sctē trinitatis hoc festum euenerit: semꝑ differatur vbi cōueniētius possit celebrari vez post octa. epyph. vł post octa. pasche vel post primā dominicā post fes. trinit. Si vo fes. in do. prima aduētu dñi vł in quarta fer. in capite ieiunij: vel in domica passio. vel in do. palmarꝫ vel in oct. pas. vel in fes. sctē trini. vel in fes. de corpore xp̄i forte cōtigerit: differatur in crasti. et erunt ves. de dedicati. Similiter fiat si i die ascen. dñi euenerit: sed et tūc nichil fiat de dedicatione infra octa. vsqꝫ ad octauū diē nisi tm̄ mēo. Si vo hoc fes. de dedica. eccłie a festo sctē trini. vsqꝫ ad aduētū dñi in do. forte cōtige. ꝛ in ipsa dñica hysto. inchoanda fuerit q̄ non fuerit duratura nisi per vnā ebdo. tm̄ tūc ibi inchoetur hysto. cū mēo tm̄ et hoc priuati: et totū seruitiū fiat de dedicatiōe. et in trib⁹ fer. ꝑ ebdō. tota cātetur hysto. cū ℟. fer. ꝛ in illis tribus fer. fiat primo mēo. de dedica. ꝛ deinde de cru. de sctā maria: ꝛ de sctō loci: et de oibus sctis: et exposítio euāgeł. de do. eo anno oino pretermittatur. Ita tn̄ ꝙ si aliqđ festū triū lec. in illis trib⁹ fer. cōtige. illo anno oino: ꝑtermittatur. Tamen octa. dedi. eccłie erūt in sequētib⁹ dieb⁹ cū regi. cho. nisi ꝑ ꝑdictā causā impediatur vsqꝫ ad octauū diē: et tūc erūt. ix. lec. cū inuit. triplici nisi duplex festū impediat/ vel alia hystoria que non potest cantari in alia dominica nec i fer. ꝛ nō fue. duratura

¶ Itē ꝙuis alia fer. et per hoc idē tēpus hoc festū cōtige. et do. infra octa. forte aliqua hysto. inchoanda fuerit q̄ nō sit duratura nisi ꝑ vnā ebdo. ꝛ in fer. post octa. nō potest cātari: tūc in ipsa dñica tota cantetur hysto. cū cōmemoratione de dedicatiōe. Similiter de fes. loci: vbi oct. habētur cū regimine chori. In tp̄e vero pas. hoc modo fiat serui. de dedi. ad vtrasqꝫ ves. et ad laud. et ad horas oia fiāt vt ꝑdictū est. Cōpletoriū pas. tp̄is nō mutatur. Ad matu. tres prime. āe. cū suis p̄s. ℣. ꝛ ℟. de. i. noc. dñr cū expositiōe euāgeł. **Egressus iesus ꝑābulabat hierico.**

¶ Scđa die ifra oct. āe. p̄s. ℣. ꝛ. ℟. de. ij. noct. ¶ Tertia die ifra octa. āe. p̄s. ℣. ꝛ. ℟. de. iij. noct. ¶ Quarta die ifra oct. p̄s. ℣. ℟. de. i. noc. et sic fiat ꝑ ceteros dies ifra oct. Ita tn̄ ꝙ i dñica. infra oct. legātur lec. de expositiōe euāge. **Ois qui venit ad.** āe. p̄s. ℣. ℟. scđꝫ ordinē noct. dñr.

¶ In octa. vo āe. p̄s. ℣. et. ℟ sicut in prima die dicuntur cū euāgeł. **Facta sunt ence.** Per estatē vero scꝫ a **Deus omnium.** vsqꝫ ad aduē. dñi ꝛ ab octa epy. vsqꝫ ad. lxx. quotidie ifra

octauas dicūt ℣. et. ℟. scḋm ordi-
nē noct. et vna sola ān. ad laud. vł.
¶ Hec sequētes āne. dicant per oct.
dedica. sup ps. Bñdictus ⁊ Ma-
gnificat. vł ad mēo. dedicatiōis cū
de aliquo sancto fiat seruitiū. Aña.
i. Benedic domine domū istā: quā edificaui
nomini tuo: et venientiū in loco isto exaudi
preces in excelso solio glie tue. In pasc.
ii. tpe. all'a. aā. Mane surgens iacob erige
bat lapidem in titulum fundens oleum de
super votum vouit dño: vere loc⁹ iste san
ctus est/ ⁊ ego nesciebā. In pascha. tpe.
All'a. ā. Benedictus es in templo sancto
iii. glorie tue: quod edificatū est ad laudem et
gloriā nominis tui domine. In pas. tpe
iiii. All'a. ān. Fundamētū aliud nemo potest
ponere: preter illud denicꝫ quod positū est
v. a christo. In pas. tpe. All'a. ān. Hec aula
accipiet a deo gratiā benedictionis: et mi
sericordiam a christo dño. In pasc. tpe.
vi. All'a. ān. In dedicatiōe huius templi lau-
date deū ois militia celorū: ⁊ ois terra lau
det nomē dñi: qa exaltatū est nomē eius
vii. solius. In pascha. tpe. All'a. ān. Fun-
damenta templi huius sapiētia sua funda
uit de⁹ in quo dñm celi collaudāt angeli:
si ruāt vēti et fluāt flumina: nō possunt
ea mouere vnqꝫ fundata enī erat supra pe
trā. In pas. tpe. All'a. ān. Exurgat de⁹
viii. ad nostri famulat⁹ obsequiū: ⁊ in loco scō
ei⁹ fiat bñdictiōis augmētū. In pas. tpe.
ix. All'a. ā. Qui regis israel intēde sup domū
istā qui deducis velut ouē ioseph: auge in
ea benedictionē tuā/ qui sedes super cheru
bin exaudi preces supplicū in ea tibi cōfitē
tiū. In pas. tpe. All'a. ān. Benedic dñe
domū istā quā edificaui noi tuo: vt sint o-
culi tui aperti super eam die ac nocte. In
pas. tpe. All'a. ān. Ornauerūt faciē tem-
pli coronis aureis ⁊ dedicauerūt altare do
mio all'a. Nulla fiat p totā oct. mēo.
qa chorus regit: ibi per estatē: scꝫ a
Des oīm bsqꝫ ad aduē. dñi vel in tpe
pas. vł ab oct. epy. vsqꝫ ad. lxx. cōti-
gerit: nisi aliqđ festū cū regi. cho. in
teruene. Tn̄ in tpe nati. dñi vsqꝫ ad
puř. fiat solēnis mēo. de scā maria
⁊ ab oct. pas. vsqꝫ ad ascē. dñi fiat so
lēnis mēo. de resur. Ad oēs ho. āe.
cꝑ. ℟. ⁊ ℣. cū oroe sicut i die. ad veš
ān. Domū tuā. ps. Credidi. ⁊ ceti. pi.
veš. ad. ii. veš et vł p totā oct. qñ de
dñica fit ser. cꝑ. Hec est dom⁹. Hy⁹.
Angulare fundamētum. ℣. Beati
qui habitant in do. ¶ Hic ordo seruet
quotidie isra. oct. ad veš. nisi i dñi-
ca scꝫ ad. i. veš. tm̄. Seqntes. lc. de
seruu. p to. oct. nisi in do. ⁊ i oct. tm̄.
¶ Secunda die. Lectio prima.

Anniuersariā huius sancte ecclesie cōsecratiōis festiui-
tatē solennē/ nisibus totis/ mēte de
uota/ puroqꝫ corde/ dñi saluatoris
atqꝫ scōꝝ exēpla sequentes condi-
gne dilectissimi fratres celebrem⁹
Pulsemus ergo affectu pio/ corde
deuoto/ supplicando miam dñi: vt
clemētie sue nobis tribuat felicita
tem: et indulgētie remissionē: atqꝫ
regni celestis introitum pandat: vt
in celesti tēplo et in superna ac eter
na ecclesia consortio sanctorū eter-
naliter potiamur. Lectio secunda.

Maiori autē gloria et venera
tione in nouo testamēto: et
in isto homine solēnia dedicationū
nouarū ecclesiarū sunt venerāda:
ꝙ veteris testamēti obseruatio ⁊ le
gis preceptio instituerit. Nā sicut

maior redẽptio christi sanguie post ea i populo facta est christiano: ita et maior et multo ãplior veneratio dedicationũ et cõsecrationũ ecclesiarum in quibus quotidie ipsius corpus dñi nostri iesu xpi et sanguis immolatus a fidelibus sumit in christi refectione preparãda est: et a fidelibus amplectanda. Lectio.iii.

IGitur sanctũ est fratres ac deo placitũ vt dedicationem huius ecclesie precipua veneremur deuotiõe. Recte ergo festiuitates et ꝯsecrationes sanctarũ ecclesiarum veneralibiliter colũt: qui filios sctẽ dei ecclesie se esse cognoscunt. Tu autẽ. ¶ Tertia die. Lectio prima.

HEc est eni mater oim credẽtiũ: que natos regenerat ad vitã. Idcirco charissimi summopere oẽs qui christiano noie cẽsentur/ et filii dei vocãtur: oportet sacratiões nouarũ ecclesiarũ solenniter et decenter celebrare/ studiosissimeqꝫ venerari: et totis nisibus in eis dñi auxilium implorare. Lectio scda.

NOn enim dubiũ est dñm omnipotentẽ in tẽplis manufactis inhabitare et corda eorum qui ad ea ꝯueniũt: et eorum dedicatiões venerabilit colũt spũaliter inuisere atqꝫ cũctos inibi depcãtes adiuuare: et eorum necessitatibꝰ subuenire. Le.iii.

ATtẽdere oportet fr̃es vnũquẽqꝫ fidelẽ quãta est cõsecratio dedicatiõis eccl̃ie: et quãta oratio in ea ab epõ: siue a ceteris sacerdotibus et ministris exhibetur. Qualiter ex ministerio ꝯsecratiõis et ex intẽtione orationis corda fideliũ accendãtur: atqꝫ oẽs diligẽtissime tẽpli consecrationis festa venerentur. ¶ Quarta die. Lectio.i.

FLexis eni poplitibus a summo põtifice: et a ceteris sacerdotibus et dei ministris summa cũ deuotione dicit letania. Deinde reliquie orationes: sicut ordo ecclesiastic docet. Imploratur enim deꝰ et a suis sacerdotibus et reliquis ministris in consecratiõe ecclesie noue vt omniũ inibi aduenĩetiũ preces a dño exaudiantur: anxietatesqꝫ omnium ibi orantiũ relaxentur: et peccata deprecantibus remittantur.

¶ Cũ si nullꝰ dies dñicꝰ infra oct. dedicatiõis euenerit tũc quarta die infra oct. legat expositio euãgelii de dñica infra octauas. Lectio.ii.

POstulatur etiã a dño in consecratione ecclesie: vt egritudines ibidẽ sanẽtur: vota suscipiantur/ iuste desiderata ipetrẽtur: postulata cõcedãtur: perpetualiterqꝫ cuncti ad eam confugiẽtes: et in ea orãtes a dño ab omnibus malis liberẽtur: a domino ꝯseruentur: siue a malis omnibus illesi misericorditer liberentur. Lectio tertia.

CEtera quoqꝫ que in serie precium dedicatiõis et ꝯsecrationis ecclesie continentur: eundẽ deprecantiũ cõtinent modũ: multi ergo scti qui modo in celis inter cateruas sctõrum gliantur dei tẽpla in presenti ecclesia consecrauerunt. Quorum edificia vna cũ ꝯsecrationibus eorum adhuc manent: et quorũ parietes hactenus cõsistere videtur. ¶ Quinta die. Lectio prima.

NUlli dubiū est fratres eorū preces a deo exaudiri ⁊ eorum impetrata adipleri: quorū aīe sunt in celis aīabus sctōrum coequales. Si eni viuētes in carne ecclesias plantauerūt et cōstruxerūt: atqꝫ ea q̄ in dedicatiōibus earum sctis precibus impetrare vt certū est/ meruerūt quāto magis modo cū dn̄o regnātes et eorum postulata ⁊ ipetrata suis meritis in eos redūdāt: q̄ ad eadē tēpla deuote deprecaturi aduenietes: et eorū dedicationes festiue venerantes conueniunt: seu venerabiliter celebrantes colunt. Lectio secūda.

SIcut eni p̄fati scti: siue cuncti scti patres ex his factis retributionē ppetuā pceperūt/ ⁊ eternā glīā adipisci meruerūt: sic et mō oēs eorū vestigia imitātes premia eterna dn̄o annuēte adipisci indubitanter merentur. Lectio .iij.

MOnemus ergo vos fr̄es charissimi ne ista iuanū assumatis nec cessare quoquomō pmittatis. Qm̄ si dedicatiōes nouarum ecclīarū venerabiliter colitis/ ⁊ earum solēnia studiosissime celebratis: ea q̄ ipsi scti sacerdotes in ipsis dedicationibus ecclīarū pro vobis et pro cūctis inhabitantibus petierūt: dn̄o auxiliante misericorditer impetrare gaudebitis. ¶ Sexta fe. Lectio prima.

SIcut enim dn̄s ⁊ magister noster iesus christus ad festū dedicationis tēpli venire dignatus est: quanto magis nos ad festiuitates dedicationum ecclesiarū venire debemus. Quas solenniter prout poterimus/ dn̄s dederit celebrare debemus. Audistis nāqꝫ fratres charissimi ex lectione euāgelica / q̄a facta sunt encenia hierosolimis / et hyēs erat. Et ambulabat iesus in tēplo: in porticu salomonis. Lectio scda.

EncenIa autē vocabantur solēnitates sancti tēpli cōsecrationis ⁊ dedicationis: et que dei populus ex patrū traditiōe / et ex antiqua cōsuetudine per singulos annos celebrare consueuit. Quorū exempla hodierna die nos imitātes: iuxta christiani orbis morē annuā ecclesie nostre dedicationis diē diuinis laudibus et vigiliis siue ceteris bonis studiis et orationibus agere studemus solennē. Lectio .iij.

AMbulare dn̄s noster iesus christus voluit in tēplo: in quo caro et sanguis brutorū animaliū offerebatur. Multomagis ecclesiam et domum ad orandū et diuina sacramenta in ea offerenda: siue domū cōsecratā vbi carnis ipsius atqꝫ sanguinis celebrātur sacramēta inuisere delectabit. Si dies dn̄icus infra oct. contigerit: totū seruitiū fiat de dedicatione hoc modo: Ad primas vesꝑ sup ps. añ. Domū tuā. ps. Credidi. et ceteri ps. sequētes vt s̄ notatū est. cap. Uidi ciuitatem. nō dicat̃ R. hy. Urbs btā. v. Domū tuā. añ. Sctificauit. ps. Mag. Oro. Deus q̄ ecclesiā. Meo. de dominica ⁊ de trini. et pcessio āte crucē siue noua hysto. inchoāda fue. siue nō: nisi qn̄ aliquā do. oino oportet differri / in itroitu chori de sctā ma. Ad matut. tota cātet̃ hysto. sicut i pria die: cū istis &c. seq̄nti. &c. j.

Natalem huius templi diem fratres dilectissimi christo propicio cũ exultatione et gaudio celebramus: et merito solennitatẽ matris ecclesie christiani populi cõ lunt: per quã se spiritualiter renatos esse cognoscunt. Lectio scda.

Nam qui per primã natiuitatem vasa ire dei fuim⁹: per secundã natiuitatẽ vasa mie fieri meruimus. Prima enim natiuitas nos perduxit ad mortem: secunda reuocauit an vitam. Lectio tertia.

Omnes nos fratres charissimi ãte baptismũ phana dyaboli fuimus: post baptismũ tẽpla xpi esse meruim⁹ Et si de salute nostra attẽtius cogitem⁹: tẽplũ dei ⁊ verũ et viuũ nos esse cognoscem⁹. Lc.iiij

Non solũ i manufactis habitat de⁹ nec i domo de lignis et lapidibus facta. Sed ꝑcipue in aia ad imaginem dei manu ipsi⁹ artificis cõdita. Ait eni apostol⁹. Tẽplũ dei sctm̃ est: qđ estis vos. lc.v.

Templa ista deo de lignis et lapidibus fabricãtur vt ibi tẽpla dei viuẽtia cõgregentur: ac si ad tẽplũ dei conueniãt. Unus christianus: vnũ tẽplũ dei est. Et multi xpiani multa tẽpla dei sunt. lc.vj.

Etiam fratres videte ꝙ pulchrũ est tẽplũ: quod edificatur de tẽplis. Et quomõ multa mẽbra faciũt vnũ corpus: sic multa tẽpla faciũt vnũ tẽplũ. Sedꝫ luca.vj

6. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ois q̃ venit ad me ⁊ audit sermones meos et facit eos ostẽdã vobis cui similis est. Similis est homini edificãti domũ. Et reliqua. Om̃ ve.bede pbři. Lec.vij.

Homo hic edificãs ipse est mediator dei ⁊ hoim/ hõ xps iesus: q̃ dilectã sibi domũ sanctã videlicet ecclesiã/ i qua ꝑpetuo maneret edificare et ꝯsecrare dignatus est. Lec.viij.

Qui fodit i altũ ⁊ posuit fundamẽtũ supra petrã q̃a i corde suorꝫ fideliũ quicq̃d terrene intẽtiõis inuenit: fundit⁹ extirpare studuit: quaten⁹ eiectis ꝑrisce ꝯsuetudinis ruderib⁹ ⁊ cogitatiõib⁹ superfluis stabilẽ i eis ipse ⁊ incõcussam mãsionẽ possit habere. Lectio.ix.

Ipse eni est petra sup quam huiusmodi dom⁹ fundamẽta locauit: sicut in domo edificãda nil petre cui fundamẽtũ iponit̃ ãtefertur: ita sctã ecclia petrã suã videlicet xpm imo habet i corde recõditã: neq aliq̃d fidei illi⁹ ac dilectiõi ꝑponit adeo vt pro hac etiã mortẽ pati nõ dubitet. Ad lau. vna sola. ãn. Ad j. ⁊ ad alias ho. oia fiãt sicut ifra octa. Ad.ij. ves. omia fiant sicut in.j. die ꝑter R. cũ orone Deus q̃ eccle.

¶ In oct. dedicatiõis. Ad .j. ves. sup ps.ã. O q̃ metuẽd⁹. ꝑi. fer. cp.m R. ⁊ cetera oia sicut in pria die ad prias ves. cũ hac oratiõe De⁹ q̃ nobis per singulo. Ad matu. ⁊ ad. lau, oia fiãt sicut in prima die. Lec.j.

Congruũ videt̃ fratres solẽnitati quã colim⁹ de edificatiõe tẽpli aliqua cõmẽorare: ⁊ ꝙ decẽter ornat⁹ illi⁹ ecclie significationi cõueniat idagare. Narrat ergo scriptura q̃a salomon rex ꝑceperat vt lapides tollerẽt ꝑciosos i funda

mētū tēpli ⁊ quadrarēt eos. Lec. ij

Lapides grādes ⁊ pciosi qui in fundamēto locati sunt: ⁊ totū on⁹ tēpli sibi superpositū portāt eximios scte ecclie doctores insinuāt. Grandes nimirū excellētia meritorū pciosos claritate signorū Qui ab ipso dño verbū audiētes totam crescētis ecclesie fabricam sua predicatione genuerūt. Lectio. iij.

Fundamētū in sacra scriptura xps appellat. In quo lapides grādes pciosi: q̄ tēplū oē gestarēt sunt positi: q̄a per ipsum ad propagādā toto orbe ecclesiā et prius patriarche: pphete: ⁊ postmodum sunt apostoli instructi: q̄ quo artius ei⁹ amori iherebāt: eo forti⁹ sectatores suos in edificatione celesti sudabāt. Si festū. iij. lec. habēs proprias lectiones hac die euenerit fiant de ipso medie lec. Lectio. iiij.

Quos videlicet lapides rex quadrari precepit: vt magistros ecclesie ꝯpositos morib⁹ ⁊ immobiles animo esse debere signaret. Sicut eni quadratū quocunq; vertitur stat: ita perfectorum vita nullis tentationū impulsibus a sua stabilitate deiici nouit. Lectio. v.

Erat autem predictū tēplum de marmore pario qui est lapis albus extructum: vt candorem ecclesiastice castitatis exprimeret. Habebat vero sexaginta cubitos in longitudine/ et viginti in latitudine: et trigita in altitudine. Lec. vi

Longitudo tēpli fidē sctē ecclesie designat: per quā longanimiter prauorū aduersa tolerat. Latitudo charitatē: qua intus per viscera pietatis spaciatur. Altitudo spē: quapropter bona que per charitatē operatur celestis vite premia expectat. Secūdū iohannē. x.

In illo tpe. Facta sunt encenia hierosolymis et hyems erat et ambulabat iesus in tēplo in porticu salomōis. Et reliqua. Omelia beati gregorii [illegible]. Lectio. vij. Jo. x.

Encenia vocabantur solennia dedicationis templi: que populus dei ex antiqua patrum traditione per annos singulos celebrare cōsueuerat. Quorū vestigia nos hodie iuxta morē christiani orbis sequentes ānuā dedicatiōis ecclie nostre diē diuinis laudib⁹ ⁊ vigilijs studuim⁹ agere solēnem. Lectio. viij.

Et hāc ergo nos festiuitatem eo maiori deuotiōe celebrare oportet: quō eā redēptori esse gratissimā cognouim⁹. Adeo vt in tēplum ipse ingredi ⁊ sermonē facere populo ac diuinitatis sue sacramēta pandere dignatus est. Lec. ix.

Si ergo ambulare voluit dominus in templo in quo caro et sanguis brutorū animaliū offerebatur: multomagis orationis nostram domū/ vbi carnis ipsius ⁊ sanguinis sacramenta celebrantur visitare gaudebit. Si perambulare non despexit dominus in porticu: in quo rex quondā mortalis ac terrenus/ q̄uis potentissimus/ stare solebat: q̄tomagis penetralia cordium nostrorum inuisere atq; illustrare desiderat si tamen porticū esse salomonis hoc est si ea timorē/

qd est initiū sapientie/ habere perspexerit. Ad .j. & ad alias hor. oia fiant sicut infra oct. Ad .ij. ves oia fiant sicut in die p̄ter. R. qd nō dicet cū hac orone. Deus q̄ eccle. Qn̄ fit seruī. de aliquo sctō p oct. fiat solēnis mō. de oct. cū hoc. V. tā ad vs q̄ ad mat. V. Gri & ha. siue dup. fes. sit siue nō. ¶ Sequuntur bñdictiones. ¶ Quotienscūq3 fiūt. ix. l. per totū annū dicāt iste sex bñdictiōes ad mat. p̄terq̄ in fes. btē marie et oim sanctoꝝ & in fes. iij. lc. sine expositione euāgelica: siue chor⁹ regat siue nō: & in oct. & infra oct. & i fes. pasc. tpis scd̄m ordinē nocturnoꝝ.

¶ In .j. noc. dicūt iste bñdictiōes

Benedictione perpetua: benedicat nos pater eternus.

Deus dei filius: nos benedicere et adiuuare dignetur.

Spiritussancti gratia: illuminet corda et corpora nostra.

¶ In secundo noctur. bñdictiones

Omnipotens domin⁹: sua gratia nos benedicat.

Christus perpetue det nobis gaudia vite.

Intus et exteri⁹: purget nos spiritus almus.

¶ In. iij. noctur. Scd̄m Marcū.

Euangelicis armis: muniat nos conditor orbis.

¶ Secundum Matheum.

Euangelica lectio: sit nobis salus et protectio.

¶ Secundum Lucam.

Per euangelica dicta: deleantur nostra delicta.

¶ Secundum Johannem.

Fons euangelij repleat nos dogmate celi.

¶ Qn̄ expositio nō habetur: tūc dicit ad. vij. lectionē ista benedictio.

Creator omnium rerum: benedicat nos hic et in euum.

¶ Ad octauam lectionē semper dicit ista benedictio: nisi in festo beate marie: et omnium sanctorum.

Diuinum auxilium: maneat semper nobiscum.

¶ Qn̄ vo dicit expositio euā. ad. j. lect. tunc sit ista benedictio secūda.

Diuinū auxiliū: maneat sem. &c.

¶ In festis vero sanctorum sit ista nona benedictio.

Ad societatem ciuium supernorū perducat nos rex angelorum.

Et semp dicit rex angelorū quādocūq3 dicit scd̄m vsum eccl̄ie sarū nisi in fes. btē marie. Similiter i fes. iij. lc. cū expōe euā. sit ista. iij. bñdi.

Ad societatē ciuium supernoꝝ. &c

¶ Qn̄ vero fiēt. ix. lectiones de temporali per totum annum: nisi a festo sancte trinitatis vsq3 ad aduētū domini: sit ista nona benedictio.

In vnitate scti spūs: bñdicat nos pater et filius. Dicet & in fes. corporis christi et in oct. eiusdē: et in exaltatione sctē crucis: & in dedica. ecclesie & i do. ifra oct. & in oct. eiusdē

¶ Qn̄ vero fiūt. iij. lect. de tpali cū expōe euāg. tūc sit ista. iij. bñdictio

In vnitate sancti spiritus &c.

¶ A festo vero sctē trinitatis vsq3 ad aduen. dñi dñicis diebus qn̄ de dñica agitur: sit ista nona bñdictio.

In caritate pfecta: cōfirmet nos trinitas sctā. ¶ In oib⁹ fer. p annu

extra tẽpus pasce ⁊ qñ expositio nõ habet: dicãtur he bñdictiões tres.
Deus misereatur nostri: ⁊ det nobis pacem.
Uirtus christi: habitet in cordib⁹ nostris.
De celo missus: doceat nos spiritus almus. ¶ In festo oim sctõrũ dicũtur bñdictiones prout in eodẽ festo ãte lectiões eiusdẽ sũt notate
¶ In festis ⁊ in cõme. btẽ marie dicãtur iste bñdictiões ¶ In. i. noct.
Alma virgo virginũ: intercedat pro nobis ad dominum.
Christ⁹ marie filius sit nobis clemens et propicius.
Sancta dei genitrix: sit nobis auxiliatrix. ¶ Tres predicte benedictiones in cõme. btẽ marie nõ variantur per totũ annũ. ¶ In. ii. noc.
Sancte marie merita: nos perducant ad regna celestia.
Que peperit christum: pro nobis postulet ipsum.
Stella maria maris: succurre pissima nobis. ¶ In tertio noct.
Per marie merita: prosit nobis lectio euangelica.
Diuina solatia: nobis impetret virgo maria.
Ad societatem ciuium supernorũ perducat nos regina celorum.
¶ Item alie benedictiones de sancta maria infra octauas.
Pura/pudica pia: miseris miserere maria.
Uirgo parẽs natum: fac nobis propiciatum.
Nos precibus matris: saluet sapientia patris.

¶ Secunda die.
Uirgo deo digna: precãtibus esto benigna.
Intercede pia ꝓ nobis vgo maria
Que peperit florem: det nobis floris odorem.
¶ Tertia die.
Conserua famulos: virgo maria tuos.
Sancte marie precibus: benedicat nos pater et filius.
Filius virginis marie: det nobis gaudia vite. Amen.
¶ In quotidianis matutinis beate marie dicantur he benedictiões
Alma virgo virginum: intercede pro nobis ad dominum.
Intercede pia ꝓ nobis vgo maria
Sancta dei genitrix: sit nobis auxiliatrix.
¶ Deuota orõ dicẽda ante missam
Deus q̃ de indignis dignos de peccatoribus iustos: de immundis mũdos facis/ mũda cor ⁊ corpus meũ ab omni cogitatione ⁊ sorde peccati/ ⁊ fac me dignũ altaribus tuis ministrũ ⁊ concede propitius/ vt in hoc altari ad quod indignus accedo/ hostias acceptabiles offerã pietati tue ꝓ peccatis ⁊ offensioib⁹ meis / ⁊ innumeris quotidianisqꝫ excessibus ⁊ pro oibus hic circunstantibus/ vniuersisqꝫ mihi familiaritate ⁊ affinitate ꝯiũctis/ atqꝫ me odio aliquo insectãtib⁹ ⁊ aduersantib⁹/ cũctisqꝫ fidelib⁹ christianis viuis et mortuis ⁊ per eũ sit tibi meũ votũ atqꝫ sacrificiũ acceptabile q̃ se tibi deo p̃ri obtulit in sacrificiũ iesus christus fili

us tuus dñs noster Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per oia secula seculorũ. amẽ

¶ Oratio deuota de sacramento altaris.

Omnipotens et misericors deus: ecce accedo ad sacramentum corporis et sanguinis vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi Accedo inq̃ infirmus ad medicum vite immũdus ad fontem misericordie / cecus ad lumen claritatis eterne / egenus ad dominũ celi et terre / nudus ad regẽ glorie. Rogo ergo immense maiestatis tue abundantiã: quatenus meã digneris sanare infirmitatẽ lauare feditatẽ illuminare cecitatẽ / ditare paupertatem / vestire nuditatem / vt panem angelorũ / regem regum / dominũ dominantiũ / tanta reuerentia et tremore / tanta suscipiam contritione et amore / tanta fide et puritate / tali proposito et humilitate / sicut expedit anime mee. Da mihi queso illius dominici corporis et sanguinis non solum suscipere sacramẽtũ: sed etiã virtutem sacramẽti. Dulcissime deus da mihi sic suscipere corpus vnigeniti tui dñi nostri iesu christi / qd traxit de virgine maria: vt corpori suo mystico merear incorporari ac inter eius membra connumerari O pater amantissime: concede mihi dilectũ filium tuum quem quidem velatũ suscipere propono: reuelata tandẽ facie contemplari. Qui tecum: et cũ spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sequuntur preparationes ad missam.

¶ Volens confiteri dicat sacerdos Benedicite pater. Sacer. Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis ad cõfitendũ omnia peccata tua. In nomie patris et filij. etc. Tũc dicat peccata sua: quibus dictis dicat sacer. Misereatur tui oipotens deus. etc Indulgẽtiã et abso. etc. Meritũ passionis domini nostri iesu christi suffragia sancte matris ecclesie bona que fecisti et que per dei gratiã facies sint tibi in remissionem peccatorum tuorũ Iniungat penitentiã dicens. Et pro penitẽtia speciali dices hoc et hoc / vel facies hoc et hoc. Tũc absoluat dicẽs. Dñs noster iesus christus qui est summus pontifex per suã pijssimã misericordiam te absoluat. Et ego auctoritate mihi concessa absoluo te primo a sentẽtia minoris excommunicationis si indigeas. Deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris. etc. ¶ Sacer. volens accedere ad alta. induat se sacris vestibus dι.

Veni creator spiritus / mentes tuorum visita: imple superna gratia: q̃ tu creasti pectora.

Qui paraclytus diceris donũ dei altissimi: fons viuus / ignis / charitas: et spiritalis vnctio.

Tu septiformis munere: dextre dei tu digitus: tu rite promissum patris sermone ditans guttura.

Accende lumẽ sensibus / infunde amorẽ cordibus: infirma nostri corporis / virtute firmans perpetim.

Hostẽ repellas longius / pacẽq; do

nes protinus: ductore sic te preuio: vitemus omne noxium.
Per te sciamus da patrem / noscamus atqz filium: te vtriusqz spiritū credamus omni tempore.
Sit laus patri cum filio / sancto simul paraclyto: nobisqz mittat filius carisma sancti spiritus. Amen. ℣. Emitte spiritum tuum et creabūtur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.
Deus cui omne cor patet / et omnis voluntas loquitur / et quē nullū latet secretū: purifica per infusionē scti spūs cogitatiōes cordis nostri: vt te perfecte diligere ꝛ digne laudare mereamur. per
Deinde sequatur. ā. Introibo ad altare dei. ps. Judica me deus et discer. totus. ps. dr cū Glia. Deide dr. ā. Introibo ad altare dei ad deū q letificat iuuētutē meā. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr. Et ne. Sed li. Cōfitemini dño qm bonus. Qm in seclm mia eius.
Cōfiteor deo / beate marie / omnibus sanctis: ꝛ vobis quia peccaui nimis cogitatione locutione et opere mea culpa / precor sanctam mariam omnes sanctos dei et vos orāte pro me. Ministri respondeant. Misereatur vestri oipotēs deus ꝛ dimittat vobis oia peccata vestra libere t vos ab omni malo cōseruet ꝛ confirmet in bono ꝛ ad vitā pducat eternā Sacer. Amē. et postea dicat Cōfiteor. quo dicto. dicat sacer. Misereatur. vts Deinde dicat sacer Absolutionē ꝛ remissionē oim peccatorum vestrorū / spacium vere penitentie et emendationē vite gratiam ꝛ cōsolationem sancti spiritus tribuat vobis omnipotens ꝛ misericors dominus. Ministri respon. Amē. Cōfiteor. Misereatur. et absolutionē. Deinde dicat sacer. ℣. Adiutorium nostrū in nomine dñi. Qui fecit celum. Sit nomen dñi benedictum. Et hoc. Oremus
Aufer a nobis domine quesumus omnes iniquitates nostras / vt ad sancta sanctorum puris mentibus mereamur introire. Per. Tūc erigat se sacer. ꝛ osculetur altare: ꝛ hoc in medio: ꝛ signet se in facie sua ita dicens. In nomine patris et filij et spiritusſancti. Amen Deinde incipiat officiū vsqz Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone volūtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnā gloriā tuā. Domine deus rex celestis: deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite iesu christe. Spiritus et alme orphanorū paraclyte. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenitus marie virginis matris. Qui tollis pctā mundi: miserere nobis. Qui tollis peccata mūdi suscipe deprecationem nostrā. Ad marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniā tu solus sanctus. Mariam sanctificans Tu solus dominus. Mariā gubernans. Tu solus altissimus. Mariā coronās. Jesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.
Credo in vnum deū. Patrē omnipotētem factorem celi et terre: visibilium omnium ꝛ inuisibilium. Et in vnum dominum ie-

sum christum filium dei unigenitū Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo/lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitū non factum consubstantialem patri per quē omnia facta sunt. Qui propter nos homines ꝛ propter nostrā salutē descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine:et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub pontio pylato passus et sepult⁹ est. Et resurrexit tertia die/secundum scripturas. Et ascendit in celū sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos:cuius regni non erit finis. Et in spiritū sanctum dominū et vivificantē: qui ex patre filioqꝫ procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur:q̄ locutus est per prophetas. Et unā sanctā catholicā et apostolicā ecclesiam. Cōfiteor unū baptismain remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorū. Et vitam venturi seculi. Amen. Deinde sequatur Domin⁹ vobiscū. ꝛ Oremus. Deinde dicit offꝛ. Ipse vero accipiēs calicē:diligenter ponat in loco suo debito super medium altaris: et inclinato parumper eleuet calicem utraqꝫ manu offerēs sacrificiū dño dicēdo hāc orationē. Orō

S Uscipe sancta trinitas hanc oblationem quam ego indignus peccator offero in honore tuo beate marie et omnium sanctorum pro peccatis et offensionibus meis pro salute vivorum ꝛ requie omnium fideliū defunctorū. In noie patris. ꝛc. Acceptū sit oipotenti deo hoc sacrificiū nouū. Dicta orone reponat calicē et cooperiat cū corporalib⁹:ponatqꝫ panē sup corporalia decēter ante calicē vinū et aquā cōtinētē et osculet patenā et reponat eā a dextris sup altare sub corporalibus parū cooperiēdo. His itaqꝫ p̄actis eat sacer. ad dextrū cornu altaris:et ablnat manus dicēs. Mūda me dñe ab oī inquinamēto mentis et corpis:ut possim mūdus implere opus sanctū dñi. Ablutis manibus sacerd. se reuertat ad altare ad diuinum officium exequendum Deinde reuertat se ꝛ stans ante altare:inclinato capite et corpore iūctis manibus dicat hanc Orationē

I N spū hūilitatis ꝛ in aīo ꝯtrito suscipiamur dñe a te: ꝛ sic fiat sacrificiū nostrū in ꝯspectu tuo ut a te suscipiat hodie: ꝛ placeat tibi dñe deus. Et erigēs se deosculetur altare a dextris sacrificij:et dās benedictionē ultra sacrificiū: postea signet se dicēs In noie pr̄is. ꝛc. Deinde vtat se sacer. ad pplm ꝛ tacita voce dicat. Orate fr̄es ꝛ sorores, p me ut meū pariterqꝫ vestrū acceptū sit dño deo sacrificiū. Rñsio clerici priuatim. Spūs sancti gratia illuminet cor tuū ꝛ labia tua:et accipiat dñs digne hoc sacrificiū laudis de manib⁹ tuis pro petis et offensionibus nostris. In missis vero p defunctis post ablutionē manuū sacerdotis stati incipiat sacer. iūctis manib⁹ in medio alta. ꝯuersus ad alta. dicēs. Hostias et preces tibi

dñe offerim⁹. Et chor⁹ cantãdo re
spondeat. Tu suscipe pro aĩabus il
lis quarũ hodie memoriã agimus:
fac eas dñe de morte transire ad vi
tã. Et interim dicat sacerd. In spũ
humilitatis. Deide statim dicat cõ
uersus ad populũ tacita voce. Ora
te fratres ⁊ sorores pro fidelib⁹ de
functis. Responsio clerici cãtando
Requiẽ eternã dona eis dñe: ⁊ lux
ppetua luceat eis. Quã olim abra
he promisisti ⁊ semini eius. ¶ No
tandũ ꝙ in oĩbus missis pro corpo
re p̃senti et in anniuersa. cuiuscũqꝫ
fuerint ⁊ in trigint. dicit Hostias
et preces. cũ ℣. Requiẽ eternã. ⁊ Quã
olim. In oĩb⁹ vero aliis missis p de
functis nõ dicũtur: nec in die aĩarũ
Et reuersus ad altare sacer. secre
tas oõnes dicat iuxta numerũ ãte
dictaꝝ ⁊ ordinẽ añ epłam ita incipi
ens. Orem⁹. Quib⁹ finitis dicat sa
cer. aperta voce. Per oĩa sc̃la sc̃loꝝ
manibus nõ leuatis: donec dicitur
Sursũ corda. ¶ De trinit. p̃fatio.

Eterne deus: qui cũ vnigeni
to filio tuo et spũ sctõ vn⁹ es
deus: vnus es dñs. Nõ in vni⁹ sin
gularitate persone: sed in vni⁹ tri
nitate substãtie. Qđ eni de tua glo
ria reuelãte te credim⁹ hoc de filio
tuo hoc de spũ sancto sine differẽtia
discretionis sentimus. Ut in cõfes
sione vere sempiterneqꝫ deitatis: ⁊
in psonis ꝓprietas: ⁊ in essẽtia vni
tas ⁊ in maiestate adoreẽ equalitas
Quã laudãt angeli atqꝫ archãgeli.
cherubin quoqꝫ ac seraphin: qui nõ
cessant clamare vna voce dicentes.
¶ De sancto spiritu prefatio.

Eterne deus. Per christũ do
minum nostrum. Qui ascen
dẽs sup omnes celos sedensqꝫ ad de
xteram tuam promissum spiritum
hodierna die in filios adoptionis ef
fudit. Quapropter profusis gaudi
is totus in orbe terrarum mũdus
exultat: sed et supne virtutes atqꝫ
angelice potestates hymnum glo
rie tue concinnũt sine fine dicentes
¶ De sancta trinitate prefatio.

Eterne deus. Qui salutẽ hu
mani generis in ligno crucis
cõstituisti: vt vnde mors oriebatur:
inde vita resurgeret. Et q̃ in ligno
vicerat: in ligno quoqꝫ vinceretur.
Per christum dominũ nostrũ. Per
quem maiestatem tuam laudãt an
geli: adorãt dominationes: tremũt
potestates. Celi celorũqꝫ virtutes
ac beata seraphin: socia exultatiõe
concelebrant. Cũ quibus ⁊ nostras
voces/ vt admitti iubeas depreca
mur supplici confessione dicentes.
¶ De sancta maria prefatio.

Eterne deus. Et te in conce
ptione. Et te in annunciatio
ne. Et te in assumptiõe. Et te in na
tiuitate. Et te in visitatione. Et te
in veneratiõe beate et gloriose sem
perqꝫ marie virginis exultantibus
animis laudare benedicere ⁊ predi
care. Que et vnigenitum tuum san
cti spiritus obumbratione concepit
et virginitatis gloria permanente
huic mundo lumẽ eternũ effudit Ie
sum christũ dñm nostrũ. Per quẽ.
vts. ¶ De apostolis prefatio.

Eterne deus. Et te dñe sup
pliciter exorare: vt gregẽ tu

um pastoꝛ eterne nō deseras: sed ꝑ
beatos apostolos tuos cōtinua ꝑte
ctione custodias. Ut eisdē rectoꝛi
bus gubernet: quos operis tui vi-
carios eidē ꝯtulisti pꝛeesse pastoꝛes
Et ideo cū angelis et archangelis
cū thꝛonis et dominationib⁹. Cūqꝫ
omni militia celestis exercit⁹ hym
nū gloꝛie tue canimus sine fine di-
centes. ¶ Pꝛefatio communis.

PEr oia secula seculoꝛū. Amē
Dn̄s vobiscū Et cū spiritu
tuo. Hic eleuet sacerdos manus di
cēs. Sursum coꝛda. Habemus ad
dominū. Gratias agamus domi-
no deo nostro. Dignū et iustum est

VEre dignū et iustū est equū
et salutare: nos tibi semper
et vbiqꝫ gratias agere / domine san
cte pater omnipotens eterne deus
Per chꝛistum dominum nostrum.
Per quem maiestatē tuam laudāt
angeli adoꝛant dominationes / tre-
munt potestates. Celi celoꝛūqꝫ vir
tutes ac beata seraphi. ꝛc. vt̄s. Sā
ctus sanctus sanctus. Item in ali-
is pꝛefatiōibus Et ideo. vt̄s. San
ctus sanctus sanctus dominus de-
us sabaoth. Pleni sunt celi et terra
gloꝛia tua osanna in excelsis. Bene
dictus qui venit in nomine domini
osanna in excelsis. Quando vltimo
fit seruitium de sancta maria ante
aduentum: et ante septuagesimā ꝛ
in octaua visitationis / assumptiōis
et natiuitatis beate marie: tunc di
citur hoc modo. Benedictus marie
filius qui venit in nomine domini.
ꝛc. Deinde confestim manibus iun
ctis et oculis eleuatis incipiat. Te

igitur clemētissime pater. coꝛpoꝛe
inclinato donec dixerit Ac petim⁹.



TE igi-
tur cle-
mentis-
sime pater per
iesum chꝛistum
filium tuum do
minum nostrū
supplices roga-
mus coꝛpoꝛe in
clinato donec di
cat. ac petimus
Hic erigēs se sacerdos osculetur al
tare a dextris sacrificij dicens. vti
accepta habeas et benedicas. Hic fa
ciat sacerdos tres cruces super cali
cē dicēdo. Hec ✠ dona Hec ✠ mune
ra Hec ✠ sancta sacrificia illibata.
Factis signaculis super calicem ele
uet manus suas ita dicens.

IN pꝛimis que tibi offerimus
pꝛo ecclesia tua sancta catho
lica: quā pacificare / custodire / adu
nare: et regere digneris toto oꝛbe
terrarum vna cum famulo tuo [redacted]
nostro [redacted]. et antistite nostro N.
id est pꝛopꝛio episcopo tantum. et
rege nostro N. et dicuntur nomina
tim. Sequatur et omnibus oꝛtho-
doxis atqꝫ catholice ꝛ apostolice fi-
dei cultoꝛibus. Hic oꝛet pro viuis.

MEmento dn̄e famuloꝛum fa
mularūqꝫ tuarum N. ꝛ N.
In qua oꝛone oꝛdo debet attēdi ꝑ-
pter oꝛdinē caritatis. Quinquies
sacerd. Pꝛimo pro seipso. Secūdo
pro patre et matre carnali ꝛ spūali
et pro alijs parentibus. Tertio pro
amicis spiritualib⁹ parrochianis ꝛ

Nobis quoqz peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationū tuarum sperantibus/ partem aliquam/ et societatem donare digneris cū tuis sanctis apostolis et martyribus: cū Johanne/ Stephano/ Mathia/ Barnaba/ Ignatio/ Alexandro/ Marcellino/ Petro/ Felicitate/ Perpetua/ Agatha Lucia/ Agnete/ Cecilia/ Anastasia Et cum omnibus sanctis tuis: intra quorū nos consortium non estimator meriti/ sed venie quesumus largitor admitte. Per christū dnm nostrū. Non dicitur Amē. Per quē hec omnia dne semper bona creas. Hic ter signet calicē dicēs sancti✠ficas/ viui✠ficas/ bene✠dicis/ et prestas nobis. Hic discooperiat calicem et faciat signaculum crucis cū hostia quinquies: primo ultra calicem et utraqz parte illius calicis: secūdo calici equale: tertio infra calicē: quarto sicut primo: quinto ante calicē per ip✠sum/ et cum ip✠so/ et in ip✠so: est tibi deo patri omnipo✠tēti in unitate spiritus ✠ sancti omnis honor et gloria. Hic cooperiat sacerdos calicē et teneat manus suas super altare usqz dum dicitur Pater noster. ita dicens.

Per omnia secula seculorum Amē. Oremus. Preceptis salutaribus moniti et diuina institutiōe formati audemus dicere. Hic accipiat dyaconus patenam eamqz a dextris sacerdotis extēto brachio in altum usqz Da propicius. discopertā teneat. Hic eleuet sacerdos manus dicēs. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua/ sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra/ sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tētationem. Chorus dicat. Sed libera nos a malo. sac. priuati Amē.

Libera nos quesumus dne ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris/ et intercedente beata et gloriosa semper qz virgine dei genitrice maria/ et beatis apostolis tuis petro et paulo atqz andrea cū omnibus sctis. Hic cōmittat dyaco. pate. sacer. deosculās manū eius: et sacer. deosculet patenā: postea ponat ad sinistrū oculū: deinde ad dextrū: postea faciat crucem cum patena ultra caput: et tūc reponat eam in locum suum dicēs

Da propicius pacē in diebus nostris ut ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semp liberi/ et ab omni pturbatiōe securi. Hic discooperiat calicē et sumat corpus cum inclinatione transponens in concauitate calicis retinendo inter pollices et indices/ et frangat in tres partes prima fractio dū dicit Per eundē dnm nostrū iesum xpm filiū tuū. scda fractio. Qui tecū viuit et regnat in unitate spūs sancti deus. Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et etiā fracturā in dextera manu in summitate calicis: ita dicēs apta voce. Per oīa scla seculorū. Chorus rūdeat Amē. Hic faciat tres cruces intra calicē cū ter-

ra parte hostie dicendo. Pax dñi ✠ sit semp ✠ per vo ✠ biscū. Chor⁹. Et cū spū tuo. Ad Agnus dei. dicendū accedat dya. et subdya. ad sacer. vterqz a dextris: dya. propior: subdya. remotior ꝛ dicāt priuatim. Agnus dei qui tollis peccata mūdi miserere nobis. Agnus dei q̄ tollis pctā mūdi miserere nobis. Agnus dei q̄ tollis pctā mūdi dona nobis pacē In missis ꝓ defunctis dicit hoc mō Agnus dei q̄ tollis pctā mūdi dona eis requiē cū hac aditiōe i tertia repetione sempiternā. hic cruce signādo deponat dictā tertiā ptē hostie i sacramētū sanguis: sic dicēdo

Hec sacro ✠ sancta cōmixtio corporis ꝛ sanguinis dñi nostri iesu christi fiat mihi: oibusqz sumentibus salus mentis et corporis et ad vitā eternā promerendam et capescendam preparatio salutaris Per eundē dominū nostrū. Amen Anteq̄ pax detur dicat sacerdos.

Domine scte pater ops eterne deus: da mihi hoc sacrosanctum corpus et sanguinem filij tui dñi nostri iesu christi ita digne sumere vt merear per hoc remissionē oīm pctōꝝ meorū accipere: ꝛ tuo sancto spiritu repleri: et pacē tuam habere: quia tu es deus solus/ ꝛ preter te non est alius: cuius regnū et imperiū gloriosum sine fine permanet in scl'a scl'oꝝ. Amē. Hic osculetur sacer. corporalia in dextera parte ꝛ summitatē calicis: ꝛ postea dya. dicens. Pax tibi ꝛ eccl'ie dei. Rñsio. Et cū spū tuo Dya. a dextris sacer. ab eo pacē recipiat: ꝛ subdyaco. porrigat. Deinde ad gradū chori ipse dyaco. pacē portet rectorib⁹ chori. ꝛ ipsi pacem cho. portēt vterqz sue parti incipiēs a maioribus. In fes. vero ꝛ fer. qñ chor⁹ nō regitur: pax a dya. choro apportat per duos extremos de scda forma: cetera sicut prius. Post pacē datā dicat sacer. orōnē seqñ. priuati anteq̄ se cōmunicet tenēdo hostiā duab⁹ manib⁹.

Deus pater fons et origo totius bonitatis: q̄ ductus misericordia vnigenitū tuū pro nobis ad infima mūdi descēdere ꝛ carnē sumere voluisti: quē ego indignus hic in manibus meis teneo Hic inclinet se sacer. ad hostiā dicens. Te adoro/ te glorifico/ te tota mentis ac cordis intentione laudo ꝛ precor vt nos famulos tuos non deseras: sed pctā nostra dimittas/ quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per eūdē christū dñm nostrū. amē

Domie iesu christe fili dei viui qui ex volūtate patris cooperante spū sancto per mortē tuā mundū viuificasti: libera me queso per hoc sacrosanctū corpus ꝛ hūc sanguinē tuū a cunctis iniquitatibus meis/ ꝛ ab vniuersis malis: et fac me tuis semper obedire mādatis/ ꝛ a te nunq̄ in ppetuū separari permittas saluator mundi. Qui cū deo patre ꝛ eodē spiritu sctō viuis et reg. de⁹ per oia scl'a scl'oꝝ. amē

Corporis et sanguis tui dñe iesu xp̄e sacramentū qd licet indignus accipio nō sit mihi iudicio ꝛ condēnationi: sed tua prosit pieta

te corporis mei et aie saluti amē Ad corp⁹ dī. cū hūilitate āteq̃ accipiat

Aue ineternū sctissima caro xpi/ mihi ante oia et sup oia summa dulcedo. Corpus dñi nostri iesu xpi sit mihi pctōri via et vita. In nomine ✠ pris et filij et spūssancti. Amen.

Hic sumat corpus cruce prius fctā cū ipso corpore ante os. Deinde ad sanguinē cū magna deuotiōe dicēs

Aue in eternum celestis potus mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus et sanguis dñi nostri iesu christi prosit mihi peccatori ad remediū sempiternū in vitam eternā. Amen. In nomine ✠ patris. &c. Hic sumat sanguinē quo sūpto iclinet se sacer. et dicat oōnē

Gratias tibi ago dñe scte pater oipotēs eterne deus: qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguine filij tui dñi nostri iesu christi: et precor vt hoc sacramētū salutis nostre qd̄ sumpsi indignus peccator nō veniat mihi ad iudiciū/ neq̃ ad condēnationē pro meritis meis/ sed ad profectū corporis mei et aie saluti in vitā eternā. Amen.

Qua dicta eat sacer. ad dextrū cornu alta. cū calice inter manus digitis adhuc cōiūctis sicut prius/ et accedat subd̄. et effundat in calicē vinū et resinceret sacer. manus suas ne alique reliq̄e corporis et sanguinis remaneāt in digitis vel in calice. Cū vero aliq̄s sacer. debeat bis celebrare i vno die tūc ad primā missā nō debet pcipere ablutionē vllā/ sed ponere in sacrario vel i vase mūdo vsq̃ in finē alterius misse/ et tūc sumatur vtraq̃ ablutio. Post primam ablutionē dicitur hec Oratio

Quod ore sumpsim⁹ dñe pura mēte capiamus: et de munere tēporali fiat nobis remedium sempiternū. Hic lauet digitos in cōcauitate calicis cū vino infuso a subdyacono: quo hausto sequitur Oōo

Hec nos cōmunio dñe purget a crimine: et celestis remedij faciat esse cōsortes. Post pceptionē ablutionū ponat sacer. calicē sup patenā vt si qd̄ remaneat stillet: et postea inclinā do se dicat. Adoremus crucis signaculū per qd̄ salutis sūpsim⁹ sacramētū. Deinde lauet manus dya. interim corpalia cōplicet. Ablutis manib⁹ et redeūte sacer. ad dextrū cornu alta. dyaco. calicē porrigat ori sacer. si qd̄ infusiōis in eo remāserit resumēdū. Postea vo dicat cū suis ministris cōionē. Deinde fctō signo crucis in facie vtat se sa. ad ppl'm: eleuatisq̃ aliq̃tulum brachijs et iūctis manib⁹ dī. Dñs vobi. et iterū reuertēs se ad altare dicēs Oremus. Deinde dicat postcōionē iuxta numerū et ordinē antedictarū orationū ante epistolā. Finita vltima postcōione/ factoq̃ signo crucis in fronte iterū vertat se sacerd̄. ad ppl'm et dicat. Dñs vobis. Deinde dya. Bñdicam⁹ dno. Alio vo tpe dicit Ite missa est Quotiēscūq̃ eni dicit Ite missa est sēp dr ad pplm cōuertēdo. Et cū dici debeat Bñdicam⁹ domino vel Requiescāt i pace. Cōuertedo ad alta. dicatur. His dictis sacerd̄. inclinato corpore iūctisq̃ manibus tacita voce corā altari in me

altari in medio dicēs hāc orationē. Placeat tibi sctā trinitas obsequiū seruitutis mee et presta vt hoc sacrificium qđ oculis tue maiestatis indign⁹ obtuli tibi sit acceptabile: mihiqꝫ et oibus ꝓ quib⁹ illud obtuli sit te miserāte propiciabile. Qui viuis et regnas de⁹. Per omnia secula seculorū. Amē. Qua finita erigat se sacerdos signās se in facie sua dicēs. In nomine pr̄is ꝛc. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse sic induti cū cero ferat̄. et ceteris ministris red̄. Et statim post Deo gr̄as incipiatur in choro hora nona: qñ post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat euā. In pricipio. Cū ƀo sacerdos exuerit casulā. et alia indumēta sacerdotalia / dicat ƥos subscriptos cū. ā. Triū puerorū. ƥ. Benedicite sacerd̄. vsqꝫ ad finē cāt⁹. ƥ. Laudate dn̄m in sctis ei⁹ ꝛc. ƥ. Nūc dimittis cū Gloria pr̄i ⁊ Sicut erat. Deide dicitur tota. ā. Triū puerorū cātemus hymnū quē cantabāt in camino ignis bn̄dicētes dn̄m. Kyrie eleyson. Xp̄e eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne. Benedicamus patrē et filiū cū sancto spiritu. Laudem⁹ ⁊ superexaltem⁹ eū in secula. Benedictus es dn̄e in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicat et custodiat nos trinitas sctā. Amen. Non intres in iudiciū cū seruo tuo domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Dn̄e deus virtutū conuerte nos. Et ostende faciē tuā et salui erimus. Domie exaudi. Et clamor. Dominus vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flamma viciorū. Oro.

Ure igne sancti spiritus renes nostros ⁊ cor nostrū domine vt tibi casto corpore seruiam⁹ et mundo corde placeamus. Oro.

Actiones nostras quesum⁹ dn̄e aspirādo p̄ueni ⁊ adiuuando prosequere: vt cūcta nostra operatio ⁊ oro a te semp incipiat: ⁊ per te cepta finiat̄. Et finiāt̄ he tres orationes sic. Per xp̄m do. no. amē

¶ In cōme. sancte trinitatis offm̄.



Benedicta sit scā trinitas atqꝫ indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscū misericordiam suam. In tempore paschali. Alleluya alleluya Psalmus. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatē quesumus vt eiusdem fidei firmitate: ab omnibus semper muniamur aduersis Qui viuis ⁊ regnas. Ad rom̄. xj.

O Altitudo diuitiarū sapientie et scientie dei: ꝙ incomprehē- C. sibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Quis enim cogno

uit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit. Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei. Quoniam ex ipso / et per ipsum et in ipso sunt oia: ipsi gloria in secula seculorum. Amen. Secunde Corintheor. xiij

FRatres. Gratia domini nostri iesu christi et charitas dei et cōmunicatio sancti spūs sit semper cum omnibus vobis In christo iesu domino nostro. Gr. Benedictus es domine qui intueris abyssos: et sedes super cherubin. V. Bñdicite deū celi quia fecit nobiscū misericordiā suā. Alla. V. Benedictus es dñe deus patrū nostrorū: et laudabilis in secula. Alla. V. Laudate pueri dominum laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usqz in seculum. Sequentia.

BEnedicta sit sancta trinitas deitas eterna/coequalis gloria. Deus genitor natus genit⁹ cū sacro pneumate permanens super omne quod extat. Quibus est vna semper voluntas et a se discrepās haud vnq̄ triplicata persona. Nā cōstat deitas vna nō in tres deos diuisa quod fides fatetur a christo orthodoxe dedita. Hec nanqz pellit delicta patriam cedit serenam: quam dulcem iubilant agmina simphoniam celica. Alti throni vestigia imitantur stolis candidata. Operiunturqz binas quas captant post seculi discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei supera dem⁹ nr̄a debita. Quaten⁹ caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultioqz peracto discrimine possimus altis perfrui mox pallatijs. Quo perspicua lux flagrat accensa constanti flamma que deus est visio nostra et salus eterna. Angelorumqz illustrat fortiter pectora. Ut in christo solo sua defigant lumina. Hec nanqz est illa sitis flagrans quā tunc sitient anime sanctorū vel corpora. Dū fuerint data perpetua / eis pro nobis a iudice premia. Scdm iohānē. xv.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclytus / quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis / qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis / quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis / vt non scandalizemini. Absqz synagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos / arbitretur obseq̄uiū se prestare deo Et hec facient vobis: quia nō nouerūt patrem neqz me. Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora eorum reminiscamini: q̄a ego dixi vobis. Offr. Bñdictus sit deus pater vnigenitusqz dei filius sanctus quoqz spirit⁹ quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali alla. Secreta.

SAnctifica quesum⁹ dñe deus trinitas sctā per tui sancti nominis inuocationē huius oblationis hostiā et cooperāte spū sancto per eam nosmetipsos tibi perfice mun⁹ eternū. Qui viuis In vnitate eiusdē. Prefatio. Qui cū vnigenito. Cōio. Benedicimus deū celi: et coram omnibus viuētibus cōfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam In tpe paschali alla alla. Postcōio.

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine deus huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis/ eiusdemque indiuidue vnitatis cõfessio In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ In commemoratione sancti spiritus Ad missam. Introitus



Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluya et hoc quod cõtinet omnia scientiam habet vocis/ alleluya alleluya alleluya. ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiãt qui oderũt eũ a facie eius. Oratio

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratiõe docuisti/ da nobis in eodem spiritu recta sapere/ et de eius semper consolatione gaudere. Per. eiusdem.

Lectio actuum apostolorum. viij.

C. In diebus illis. Cũ audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepisset samaria verbũ dei: miserũt ad eos petrũ et iohannem. Qui cum venissent: orauerũt pro ipsis vt acciperẽt spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorũ venerat/ sed baptizati tantum erãt in noĩe dñi iesu. Tunc imponebãt manus super illos et accipiebãt spiritum sanctũ. Gr. Beata gẽs cuius est dñs deus eorũ: populus quẽ elegit in hereditatẽ sibi. V. Verbo dñi celi firmati sunt: et spũ oris eius ois virtus eorum. Alla. V. Veni scẽ spũs reple tuorum corda fideliũ et tui amoris in eis ignẽ accẽde. In tpe pas. primũ Alla. V. Emitte spũm. secũdũ alla. V. Veni sancte. vt s. Sequẽ.

Sancti spũs assit nobis gra. Que corda nr̃a sibi faciat habitacula. Expulsis inde cũctis vicijs spiritalibus. Spũs alme illustrator oim. Horridas nr̃e mẽtis purga tenebras. Amator scẽ sensatorum semper cogitatuũ. Infunde vnctionẽ tuã clemẽs nr̃is sensibus. Tu purificator oim flagitiorum spũs. Purifica nr̃i oculũ interioris hois. Vt videri supremus genitor possit a nobis. Mũdi cordis quẽ soli cernere possint oculi. Prophetas tu inspirasti: vt preconia xp̃i precinuissent inclyta. Apl̃os cõfortasti: vti tropheum xp̃i per totũ mũdũ veherẽt. Quã machinã per verbũ suum fecit deus celi terre mariũ. Tu sup aquas foturus eas numen tuũ expãdisti spũs. Tu aiabus viuificãdis aquas fecundas Tu aspirãdo das spiritales esse homies. Tu diuisum per linguas mũdũ et ritus adunasti dñe. Idolatras ad cultũ dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicãtes tibi exaudi propitius scẽ spũs Sine quo oẽs preces casse credũtur et indigne dei auribus. Tui qui oim seculorũ sanctos. Tu nois docuisti instinctu amplectẽdo spũs. Ipse hodie apostolos christe donans munere insolito: et cũctis inaudito seculis. Hũc diẽ gloriosũ fecisti. Secũ ioha. xiiij

C. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si qs diligit me sermonẽ meum seruabit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniemus et mansionẽ apud eũ faciemus. Qui

non diligit me: sermones meos nō seruat Et sermonē quē audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis / apud vos manens. Paraclytus aūt spiritussanctus quē mittet pater in nomie meo: ille vos docebit oia / et suggeret vobis oia quecunqz dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meam do vobis Nō quomodo mūdus dat ego do vobis. Nō turbetur cor vestrū neqz formidet. Audistis qa ego dixi vobis vado et venio ad vos Si diligeretis me gauderetis vtiqz qa vado ad patrē: qa pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscū. Uenit enim princeps huius mundi: et in me non habet quicq̄. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrē: et sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio. Offer. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo quod est in hierusalem tibi offerēt reges munera alleluya. Secreta.

MUnera quesumus dn̄e oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per eundē. eiusdē. Prefatio. Qui ascendens. Non dicitur in hac prefatiōe hodierna die. nisi in ebdō. penthe. tantū Cōio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedentes alleluya: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei all'a all'a. Postcōmunio.

SAncti spirit⁹ domine corda nostra mūdet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum nostrum.

Missa de cruce. Introitus.



NOs autē gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu christi i quo est salus vita et resurrectio nr̄a p quē saluati et liberati sumus. In tēpore paschali all'a all'a. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Nō dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus q̄ vnigeniti filij tui domini nostri iesu xp̄i precioso sanguine viuifice crucis vexillū sanctificare voluisti: cōcede q̄s eos qui eiusdē sancte crucis gaudēt honore: tua quoqz vbiqz ptectiōe gaudere. Per eūdē. Ad philippēses. ij.

FRatres Christus factus est pro nobis obediens vsqz ad mortē: mortē autē crucis Propter 3.
quod et deus exaltauit illū et donauit illi nomen quod est super omne nomē: vt in noie iesu omne genu flectatur celestium terrestriū et infernorū. Et ois lingua cōfiteatur quia dn̄s noster iesus christus in gloria est dei pr̄is. Grad. Christus factus est pro nobis obediēs vsqz ad mortē: mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illū: et dedit illi nomē qd est super omne nomē All'a. V. Dulce lignū dulces clauos: dulcia ferēs pondera: que sola fuisti digna sustinere regē celorū et dn̄m. In

tempore pas. ij. Alla. V. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. Sequentia.

Salue crux scta arbor digna. Cuius robur preciosum mundi fert talentum. Ut hostis per lignum victor ligno reuinceretur. Quodque exortu mortis primis erat terrigenis paradiso propulsis. Causa etiam vite foret cunctis christi morte vere reuiuificatis Horrificum tu es semper signum inimicis crux sacra seuis. Quam mors pauet: infernusque timet: quando christo suos recosignat. Cui laus sit in euum. Secundum matheum. xx.

B. In illo tempore. Ascendens iesus hierosolymam: assumpsit duodecim discipulos suos secreto et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condenabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum: et flagellandum: et crucifigendum. Et tertia die resurget. Offer. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis et ab omnibus insidijs inimicorum omnium:

A. ut tibi gratam exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

Hec oblatio quesumus domine ab omnibus nos purget offensis: que in ara crucis imolata etiam totius mundi tulit offensas. Per. Prefa. Qui salutem. Cõio. Per lignum serui facti sumus: et per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: filius dei redemit nos alla. et finiatur cum alla. quandocunque dicitur: nisi infra lxx. usque ad ad pascha. Post cõio.

Adesto nobis domine deus noster: ut quos scte crucis letari facis honore: eius quoque perpetuis defende subsidijs. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

¶ Officium misse de quinque vulneribus domini nostri iesu christi. Offm.



Humiliauit semetipsum dominus noster iesus christus usque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod et deus exaltauit illum/ et donauit illi nomen quod est super omne nomen. Ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Et dicitur Gloria in excelsis. nisi per aduentum et a. lxx. usque ad pascha. Oratio.

Domine iesu christe fili dei vivi: qui de celo ad terram de sinu patris descendisti: et in ligno crucis quinque plagas sustinuisti: et sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum effudisti: te humiliter deprecamur: ut in die iudicij ad dexteram tuam statuti/ a te audire mereamur venite benedicti in regnum patris mei. Qui cum eodem patre in unitate spiritussancti viuis et regnas deus. Per omnia secula. Lectio zacharie prophete. xij.

Hec dicit dominus deus. Effundam de spiritu meo super domum dauid et super habitatores hierusalem spiritum gratie et miserationis et aspicient in eum quem confixerunt/ et plangent eum planctu quasi super unigenitum et dolebunt super C

eum ut doleri solet in morte primo geniti. In die illa erit planctus magnus in hierusalē: et dicet ei. Que sunt iste plage in medio manuū tuarum. Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meū: et super virū coherētem mihi dicit dn̄s exercituū. Percutiam pastorē et dispergētur oues gregis. Dicit dominus exercituū. Gr.

Improperium expectauit cor meū et miseriam: et sustinui qui simul cōtristaretur et non fuit: consolantem me quesiui: et nō inueni. V. Et dederunt in escam meā fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Alleluya. V. Aue rex noster iesu christe: qui solus nostros errores et reatus miseratus pertulisti patri obediens ductus es ad crucem: ut agnus mansuetus ad occisionē tibi gloria osanna tibi summe laudis et honestatis chorea. Sequentia.

Cenam cum discipulis christe celebrasti / et mortē apostolis palam nunciasti: et auctorē sceleris iudam demōstrasti / et egressus protinus ortulū intrasti. Tunc procidēs dn̄s humo se prostrauit et trāsferri calicem a se postulauit: sed patris arbitrio illud cōmēdauit et ecce mox sanguinis sudor emanauit Judas post hec osculū ori dedit christi ad quid inquit dn̄s amice venisti / nunquid trades osculo quē iā vendidisti. assistentes protinus irruūt ministri. Nox in somnis itaqz illa ducebatur nulla prorsus requies iesu prestabatur magistrorū impia plebs iniuriatur alapis et colaphis innocēs mactatur. Dum iesum eripere pilatus conatur / iudeorum furia magis inflāmatur / et tumulus populi ingēs excitatur / et plebis vox intonat ut crucifigatur. Tradit militibus vinculis artatur / vndiqz verberibus corpus cruentatur / caput regis glorie spinis coronatur / postqz flexis genibus quisquis irritatur Ecce caro tenera pii saluatoris ad colūnā nequiter coartatur loris: sic flagellis ceditur ipsi tortoris / quod emanant riuuli vndiqz cruoris. Post per vrbis mediū iesus procedebat / et crucis patibulū humeris ferebat ad fores ad hostia populus fluebat / eiusqz cōfusio oibus patebat Ad pudoris cumulū iesu denudaris / et vētis ac frigori nudus spoliaris innocens cū impiis in cruce dānaris / et quasi dux sceleris medio locaris. Tēsis ligno brachiis manus cōclauātur / cruci caro crudelibus clauis tractabantur neruique bene simili modo laniātur / pedes plāte etiā ferro cōclauantur Loquēs iesus postea sitio dicebat et acetum protinus felle cōmiscebat: ac infusum spōgie ori porrigebat: quod degustans paululū sumere nolebat: O iesu mirifice quid est quod agebas tu de siti cōquerēs de cruce silebas: nunquid hanc doloribus magis sitiebas: aut salutē potius nostrā sitiebas Vocem promens vltimā patrē inuocasti: spiritūqz manibus eius cōmendasti: cū clamore valido tandem expirasti: sic salutē omniū opus cōsummasti Nunc ego superbio tu humiliaris ego culpas perpetro tu pena grauaris. Ego pomum mordeo tu felle potaris / ego peto

mollia tu dire tractaris. Demũ cuius valeat mẽs vel lingua fari/ quãtũ virgo credit̃ intꝰ cruciari dũ cernit iã mortuũ latus vulnerari atqꝫ nati viscera lãcea rimari Corpꝰ quidẽ mortuũ iã nil sentiebat: militis sed lãcea pectꝰ infigebat / quã fixã in latere filij videbat / vnde aqua sanguie mixta effluebat. Fundũt riuos sanguinis fontes saluatoris properãs huc anima currat peccatoris et hauriat quispiã sacrati liquoris quo frequẽter liniat vulnera doloris. Ad hunc ergo propera fontẽ redẽptoris: vt fluẽtis ipleas viscera dulcoris atqꝫ vite lauacrũ precium cruoris / hinc tui curatio profluat languoris. Tractus.

Iudica me deꝰ et discerne causam meã de gente nõ sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: ⁊ quare tristis incedo dum affligit me inimicus.
Testes enim iniqui insurrexerũt aduersum me: et mẽtita est iniquitas sibi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me / diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.
Foderũt manꝰ meas et pedes meos ⁊ dinumerauerũt oĩa ossa mea ⁊ dolorẽ super dolorẽ vulneribꝰ meis addiderunt. Scdm iohãnẽ. xix.

In illo tpe. Presciens iesus qꝛ iã oĩa cõsummata erãt de ipso vt consummaretur scriptura: dixit. Sitio. Vas ergo erat positũ aceto plenũ. Illi autẽ spõgiã plenã aceto ysopo circumponẽtes obtulerunt ori eius. Et cũ accepisset iesus acetum: dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: tradidit spiritum. Iudei ergo quoniã parasceue erat: vt non remanerẽt in cruce corpora sabbato / erat enim magnus dies ille sabbati / rogauerunt pilatum vt frangerentur eorũ crura: et tollerentur. Venerũt ergo milites: ⁊ primi quidẽ fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cũ eo Ad iesum autẽ cũ venissent: vt viderunt eum iã mortuũ non fregerunt eius crura. Sed vnus militum lancea latus eiꝰ aperuit: ⁊ cõtinuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit; et verũ est testimonium eius. Offertorium.

Insurrexerũt in me testes iniqui absqꝫ misericordia quesierunt me interficere ⁊ nõ pepercerunt in faciem meam spuere: et lãceis suis vulnerauerũt me ⁊ concussa sunt omnia ossa mea. Secreta.

Domine iesu christe qui pro mundi redemptione crucis lignũ ascendisti vt vniuersus mundus qui in tenebris erat illuminaretur: illam quesumus lucẽ in animas nostras et corpora ifunde: per quam ad eternã lucẽ peruenire mereamur. Qui cũ patre ⁊ spũ sctõ vi. Prefatio. Qui salutem. Cõmunio

Foderunt manus meas et pedes meos: et dinumerauerũt oĩa ossa mea. Postcõio.

Domine iesu xp̃e q̃ hora diei sexta pro redẽptione mundi

crucis patibulum ascendisti: et sanguinem tuū preciosum in remissione peccatorū nostrorū fudisti: te humiliter deprecamur: vt per tue passiōis et vulnerū tuorū merita post obitū nostrū paradisi ianuā gaudēter mereamur introire. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et.

Missa quotidiana de btā ma. offiū.



Salue sctā parens enixa puerpera regem qui celum terrāqꝫ regit in secula seculorū. In tpe pasc. Alla ps. Benedicta tu in mulierib⁹ et benedictus fructus ventris tui. Oro

Concede nos famulos tuos quesum⁹ dñe de⁹ ppetua mētis et corporis salute gaudere: et gloriosa btē marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per do.

Lectio libri sapiētie. Eccli. xxiiii.

Ab initio et ante secula creata sum: et vsqꝫ ad futurū seculum non desinā: et in habitatiōe sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui/ et i hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudīe sctōrū detētio mea. Gr. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Sciēdū est qꝫ si i tpe pasc. fiat de fe. s. annūciatiōis beate marie in capella erit primū alla. V. Per te dei genitrix. et scdꝫ Alla. V. Aue maria. Itē in die assumptiōis beate marie/ dñica infra octauas et in octauo die. Alla V. Hodie maria virgo. in choro et in capella p octauas Alla V. Assumpta est maria. in choro et in capella. Itē i natiuitate beate marie dñica infra octauas et in octauo die. Alla. V. Natiuitas gloriose in cho. et in capella et per octa. Alla. V. Per te dei genitrix. in choro et in capella.

Sciendum est qꝫ a purificatione vsqꝫ ad septuagesimā et a Deus omnium. vsqꝫ ad aduentū dñi quando fit plenum seruitium de sancta maria quacunqꝫ feria contigerit semper dicit sequens. Alla. V. Salue virgo mater dei templum sancti spiritus que sola vocari digna meruisti regina celorum et dña. nisi in tempore paschali tunc enim semper erit primum Alleluya. V. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data: que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem. et secundū Alla. qñ fit plenū seruitiū de resurrectiōe sicut in alio festo cū regimie chori dicitur sequens ad placitum. In capella autem primum Alleluya. V. Per te dei genitrix. secundum vero Alleluya. diuersimode dicitur per totam ebdomodam: videlicet die dominica. Alla. V. Obtine sacris precibus pia dei genitrix veniā delictorū tuis supplicib⁹. Feria scda. Alla. V. Post partum virgo inuiolata permāsisti dei genitrix intercede pro nobis. Feria tertia. Alleluya. V. Ora pro nobis pia virgo maria vnde christus natus est pro nobis peccatorib⁹ ora. Feria. iiii.

Alla. V. Virtutes celi te venerantur virgo maria tuu unigenitu contemplantes ad dextera dei patris in potestate et maiestate magna. ¶Feria. v. Alla. V. Veni electa mea et ponam te in thronu meu: quia concupiuit rex speciem tua. ¶Feria. vj. Alla. V. Salue virgo. ¶Sabbato. Alla. V. Virga iesse floruit/virgo deum et homine genuit pace deus reddidit / in se reconsilians ima summis. Ista. vij. Alla. dicunt in capella bte marie / a puri. vsqz ad adue. dni extra. lxx. vsqz ad pascha nisi q extra tps pasche in loco illius Alla. V. Post partum dicitur Alleluya. V. Per te dei genitrix. vts. z exceptis prenominatis. Similiter in tempore paschali quando celebratur missa de sctā maria sine nota: vel post missam fit memoria: tuc primum. Alleluya. V. Per te dei genitrix. et secundum Alleluya. V. Post partum virgo. In ebdomada pasche etiā dicitur Gr. Benedicta et venerabilis es. ad missam quotidianam de sancta maria vsqz ad sabbatu / z no in ipso sabbato Sequetia dicit per totu annu ad placitu. Sequentia.

Post partum virgo maria. Dei genitrix fecunda gratia tonātis plena. Aue terraru dna alma celoru regina. Tibi ethera omnisqz sanctorz turma depromat simphonia. Tellus flumina atqz silua ru nemora resultet voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux et veritas mudo est edita. Tu iesum papilla lactasti sacra/ extans virgo feta mater intacta. Unde nostris eya faue votis dna / christum interpellas pro salute humana. Per te mater aboleri filioru flagitamus crimina. Nosqz omnes introduci sempiterna paradisi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria. Amen. Sequentia

Aue maria gratia plena. Dominus tecum virgo serena Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pace hominibus / et angelis gloriam. Et benedictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gratiaz. Per hoc autem aue/mundo tam suaue/ cotra carnis iura. Genuisti prolem nouum stella solem noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris christi: teplu extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris / panis et pastoris virginum regina rosa sine spina genitrix es facta Tu ciuitas regis iusticie. Tu mater es misericordie. Theophilum reformans gratie. De lacu fecis et miserie Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per qua lux est orta natu tuu ora. Nos vt soluat a peccatis/et in regno claritatis/quo lux lucet sedula. Collocet per secula. Amen. Sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus/ alla. Rege regum intacte profudit thorus rex miranda. Angelus ꝯsilij natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens/stella semper rutilans/semper clara Sicut sydus radiu pfert virgo filiu pari forma. Neqz sydus radio/neqz mater filio fit corrupta Cedrus alta libani/ꝯformatur ysopo valle nostra. Uerbu ens altissi=

mi corporari passum est carne sumpta. Isayas cecinit/synagoga meminit/ nūq̄ tamen desinit esse ceca Si nō suis vatibus credat vel gentilibus sibillinis versibus hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur damnaberis gens misera. Quem docet littera. Natum cōsidera. Ipsum genuit puerpera. Alleluya.

Alia sequentia.

Hac clara die turma: festiua dat preconia. Mariā concrepando simphonia nectarea. Mundi dn̄a que es sola castissima virginū regina. Salutis causa vite porta atq̄ celi referta gratia. Nā ad illam sunt nuncia oli facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierū pia agmina itra semper benedicta. Uirgo & grauida mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famia. In me quomodo tua iam fient nuncia. Uiri noui nullā certe copulā. Ex quo atq̄ nata sum icorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui uteri claustra portās qui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica.

Alia sequentia.

Aue mundi spes maria: aue mitis/aue pia aue plena gratia. Aue virgo singularis/ que per rubū designaris/ nō passum incendia. Aue rosa speciosa/ aue iesse virgula. Cuius fluctus nostri luctus relaxarunt vincula. Aue cuius viscera cōtra mortis federa/ ediderunt filiū. Aue carens simili mundo diu flebili/reparasti gaudiū. Aue virginum lucerna/per quā fulsit lux superna/his quos umbra tenuit. Aue virgo de qua nasci et de cuius lacte pasci rex celorū voluit. Aue gēma celi luminariū. Aue sancti spiritus sacrarium. O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis est hec virginitas. In qua p̄ spiritū sancta paraclitū fulsit fecunditas. O q̄ sancta q̄ serena q̄ benigna q̄ amena esse virgo creditur. Per quā seruitus finitur porta celi aperitur/ & libertas reddit. O castitatis liliū/ tuum precare filium qui salus est humiliū. Ne nos pro nostro vicio/i flebili iudicio subiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mūdās a peccati fece. Collocet in lucis domo. Amē dicat omnis homo.

Alia sequentia.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria. Decantemus in hac die semper virginis marie laudes et p̄conia. Omnis homo omni hora/ ipsam ora et implora eius preconia. Psalle psalle nisu toto/ cordis oris voce voto/ aue plena gratia. Aue domina celorum/ inexperta viri thorum parēs paris nescia. Fecūdata sine viro genuisti modo miro genitorem filia. Florens ortus austro flante/ porta clausa post et ante/ via viris inuia. Fusa celi rore tellus/ fusum gedeonis vellus/ deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti/ tu caliginose mēti/desuper irradia. Placa mare maris stella/ ne inuoluat nos procella/ et tempestas obuia.

Secundum Lucam. vndecimo.

D In illo tẽpore. Loquẽte iesu ad turbas: extollẽs vocẽ que dã mulier de turba/ dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo Beati qui audiunt verbũ dei et custodiunt illud. ¶ Aliud in tempore pascha. Secundum Johannẽ. xix.

E In illo tempore. Stabant iuxta crucẽ iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cũ vidisset ergo iesus matrẽ et discipulum stantem quẽ diligebat: dixit matri sue Mulier ecce filius tu⁹. Deinde dixit discipulo: ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus i suã. Offer. Felix nãq es sacra virgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster alla. Et fi nal cum Alla. qñcunqz dicitur extra. lxx. vsqz ad pasch. et nisi in vigilia assumptionis tantum. Secreta

Tua dñe propiciatione et beate marie semper virginis intercessione ad perpetuam atqz presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatẽ et pacẽ. Per. Prefa. Et te in ve. Cõmunio. Beata viscera marie virginis que portauerũt eterni patris filium. In tempore paschali. Cõmunio. Vera fides geniti purgauit crimina mundi et tibi virginitas inuiolata manet Alleluya alleluya. Post cõmunio.

Sumptis dñe salutis nostre subsidijs: da quesum⁹ eius patrocinijs nos vbiqz protegi/ in cuius veneratiõe hec tue obtulimus maiestati. Per dñm nostrũ iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amẽ. ¶ Missa pro defunctis.



Requiẽ eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus de⁹ in syõ: et tibi reddetur votũ in hierusalẽ/ exaudi orationem meam ad te oẽs caro veniet. Nota q ad quãlibet missam que pro corpore presenti celebrat cuiuscunqz fuerit nisi fuerit pro rege vel pro regina vel alio magno dño quinqz dñt or. Prima orõ. Omnipotẽs sempiterne deus misericordiã tuã supplices deprecamur vt aiasfa. ii. orõ. Deus qui inter ap. iii. orõ. Deus venie largi. iiii. orõ. Dñs et mise. Deus vnica sa. v. orõ. Fidelium. Infra triginta. quinqz dicunt. or. i. Deus cui proprium. minor et cetere orõnes vt supra pro corpore presenti. Itẽ in. xii die oẽs orõnes dicunt: vt infra triginta. In omnibus anniuersarijs quinqz dñt or. i. Deus indulgenti. cetere vtsupra. pro corpore psenti. Si missa pro corpore pñti vel anniuer. cuiuscunqz fuerit infra triginta. celebret. i. orõ. pro corpore pñti vel anniuersa. dicit. ii. pro triginta. orõ. Deus cui propriũ. minor. iii. Deus qui inter apo. iiii. De⁹ venie largitor. v. Fideliũ. Quandocunqz corpus est psens et in anniuer. episcoporũ et decanorũ ecclie postq executor officij in inceptiõe misse altare thur. dyaco. cũ thuri. accedat: et

corpus illud in feretro vel in tuba incéset: sil'r ante euangel'. dū trac. canit incēsata pri⁹ altari: et tertio postq̄ sacer. sacrificiū āte lotionem loco suo dispositum thur. idē dyac. thr. sicut prius: nō circūeundo corpus in feretro vel tūba: sed ex vtra qz parte vtraqz vice incipiēdo a capite semper cum thurifica. Nunq̄ enim thurificat corpus ad **Placebo.** et **Dirige.** secundum vsum Sarum sed ad missam sp: nisi fuerit corpus regis/episcopi/comitis/vl baronis Quotidie ante diem sepulture pro corpore presenti cuiuscunqz fuerit dicitur ista oratio. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper z parcere: te supplices deprecamur: pro aia famuli tui quā hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt nō tradas eā in man⁹ inimici nec obliuiscaris in finē: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi/atqz ad regionē viuorum perduci: et quia in te sperauit et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per. Pro corpore presenti et in anniuer. et trigin. episcoporū: et in die aiarum tantum.

Epistola .i. Ad thessalo. quarto.

B **Fratres: Nolum⁹ vos ignorare de dormiētibus vt non cōtristemini: sicut z ceteri q̄ spē non habent. Si eniz credimus q̄ iesus mortuus est z resurrexit: ita z deus eos q̄ dormierūt per iesum adducet cū eo. Hoc enim vobis dicim⁹ in verbo dn̄i: quia nos qui viuim⁹ q̄ residui sumus in aduētu dn̄i nō preueniem⁹ eos qui dormierūt. Quoniā ipse dn̄s in iussu/z in voce archāgeli et i tuba dei descēdet de celo/z mortui qui in christo sunt resurgēt primi. Deide nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā xp̄o in aera/et sic semp cū dn̄o erim⁹. Itaqz z solamini inuicē in vbis istis.** In anniuer. et trigin. alioz quorūlz. ii. Mach. xii.

C **In dieb⁹ illis. Uir fortissim⁹ iudas collatiōe facta duodecim milia dragmas argēti misit hierosolymā offerri ea ibi pro peccatis mortuorū: iuste z religiose de resurrectiōe cogitans Nisi enim eos qui ceciderāt resurrecturos speraret: superfluū videretur z vanū orare pro mortuis. Et quia considerabat q̄ hi qui cū pietate dormitionem acceperant: optimā haberent repositam gratiā. Sācta ergo et salubris est cogitatio, p defunctis exorare: vt a peccatis soluātur.** He due seque. eple legant per totū annū ad missam quotidianā, p defunctis alternis vicib⁹ per ebd̄. Lectio libri apocalipsis bti Johānis apostoli. xiiii.

C **In dieb⁹ illis. Audiui vocem de celo dicentem mihi. Scribe. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus vt requiescāt a laborib⁹ suis. Opera enim illorum sequuntur illos.** Prime Ad corithios. decimoquito.

C **Fratres. Christ⁹ resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniā quidē per hominem mors/z per hoiem resurrectio mortuor. Et sicut in adam oēs moriuntur: ita et in christo omnes viuifica**

buntur. Unusquisq autem in suo ordine. In oibus missis pro defunctis epis semp dr Gr. **Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine. V. Virga tua et baculus tu? ipsa me consolata sunt.** Et idem grad. semp incipiat et sus V. pcantet a tribus clericis de secunda forma habitu nō mutato ad caput defuncti si adest: sinautē ad gradum chori. In omnibus alijs missis pro defunctis dicitur grad. **Requiē eternā dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. V. Anime eorum in bonis demorentur: et semē eor hereditet terram.** ita q idē grad. incipiat et suus V. pcantet a tribus clicis de secunda forma habitu non mutato quandocūq corp⁹ adest ad caput defuncti tm/sinautē ad gradū chori et in die aiarū i pulpito. Alias illud idē gr. **Requiem eternam. V. Anime eorum i bo.** Quotienscūq cātant in anniuer. et triginta. et in missis fer. pro defunctis post eorū inceptionē a toto choro interi sedēte absq neuma in fine percantetur. Quandocūq corpus adest: et in omnibus missis pro defunctis dicat trac. **Sicut ceruus.** ibidē vbi gr. a quatuor clericis de superiori gradu habitu nō mutato nequaq vt in al. tractib⁹ alternati sedētibus: sed interim cōtinue stantibus ad caput corporis quod pñs fuerit/vl epi defuncti si adest: sinaūt ad gradū cho. quousq finierit ipsum trac. itaq oēs illi quattuor clici sil primū V. incipiant: quē duo ex parte chori principalis psequāt. Sequēs V. ab alijs duobus ex altera parte cantet et sic alternis vicibus singuli V. toti⁹ tr. ab illis quattuor dñr choro simul interim sedēte: ita quidem vt omnes simul ipm tractum terminent. Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te de⁹. V. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. V. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte dū dicitur mihi per singulos dies vbi est deus tuus. In anniuer. et trigin. et in oibus alijs missis p defunctis dr seqns trac. a toto cho. alternati sil interim sedēte cū cātu in gradali sup hoc notato nisi in die aiar tm tunc enim dr cū eodē cātu quo in do. lxx. a quattuor clericis de supiori gradu habitu nō muta. ad gradū cho. supradicto mō scz quo tractus **Sicut cer.** Trac.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam V. Fiāt aures tue intendētes: in orationē serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. V. Quia apud te propiciatio est: et propter legē tuam sustinui te dñe. Pro corpore presenti et in omnibus anniuersa. et triginta. episcoporum et in die animarum similiter in dominica et secunda feria quando dicitur missa ferialiter in capitulo vel alibi dicit hoc euangelium. Secundum Johannē. xi.

In illo tpe. Dixit martha ad iesum. Dñe si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecunq poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit

ei martha. Scio quia resurget in resurrectiõe: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiã si mortuus fuerit viuet: et oĩs qui viuit et credit in me / nõ morietur in eternũ Credis hoc? Ait illi. Utiq; dñe. Ego credidi quia tu es christ⁹ filius dei viui q̃ in hũc mũdũ venisti. Offer.

Domine iesu christe rex glorie / libera animas omnium fidelium defunctorũ de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarum loca / sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctã. Quã olim abrahe promisisti et semini eius. Nota q̃ si corpus assit in omnibus anniuersari. et triginta. post ablutionem manuum incipiat sacerdos iunctis manib⁹ in medio altaris hoc modo. Hostias et preces tibi domine offerimus. Chor⁹. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad vitam. Sacerdos priuatim dicat. In spiritu humilitatis. more solito. Deinde dicat similiter priuatim. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Et chorus respõdeat cantando ℟. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. In omnibus vero aliis missis pro defunctis que ferialiter dicũtur: nec quando vltimo ante pasch. completur officium mortuorum: nec in die animarum dicitur. In die animarum tatum. Offerto. O pie deus / qui primum hominem ad eternam gloriam vocasti / pastor bone qui ouem perditã piis humeris ad ouile reportasti iuste iudex dũ veneris iudicare libera de morte animas eorum quas redemisti / ne tradas bestiis aĩas cõfitentes tibi / ne derelinquas eas in finem. Ante diẽ sepulture. Secreta

Suscipe quesumus dñe misericors pater oblationẽ quã tibi offerim⁹ pro aĩa famuli tui N. quã hodie de carnali corruptiõe liberasti et cõcede: vt ab oĩb⁹ humane cõditionis excessibus his remediis expiet / et in requie sempiterna diẽ resurrectiõis prestoletur. Per do. In oĩbus missis pro corpore p̃senti et in oĩbus anniuer. et triginta. et in die animarum: et qñ vltimo fit seruit. mort. ante pascha dr̃ hec Cõmunio. Pro quorum memoria corpus christi sumitur dona eis domine requiẽ sempiternam. ℣. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorũ memoria sanguis christi sumitur dona eis dñe requiẽ sempiternã. In omnibus aliis missis pro defunctis dr̃ hec Cõmunio. Lux eterna luceat eis dñe cũ sanctis tuis in eternũ quia pius es. Ante diem sepulture. Postcõmunio.

Presta quesum⁹ omnipotẽs deus: vt animam famuli tui ab angelis lucis susceptã: in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dominum nostrum.

¶ Nota q̃ in anniuer. simplicis cuiuscũq; canonici. vel cuiuscunq; alterius dicant oratiões q̃ in anniuer. epõrũ. Epistola. Uir fortissimus iudas. Gr. Requiẽ eternã. ℣. Anime eorum. a toto choro dicit. Tr. De profundis. similiter a toto choro cãtetur: euãgeliũ vero prout. supra in fe. pnotat.

¶ Nota etiã q qñ dr mis. mort. ferialiter grad. per cãtorē inchoetur & a toto choro interim sedēte cū suo vr. absq; neuma percãtetur: silr et tr. De profundis. cum cãtu abbreuiato. Et sciedū est: q hec missa que ferialiter in cap. dr pro fidelibus defunctis: generaliter habet dici etiã ãte pascha quãdo cõpletur officiū mortuorum: ac etiam in die animarum

¶ In die sepulture cuiuscunq; corpus sit dicitur. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus miam tuã supplices deprecamur vt aiam famuli tui cui9 corpori debitū sepulture officiū persoluimus: in sinū abrahe patriarche tui iubeas collocari vt cum dies agnitionis tue aduenerit inter sanctos et electos tuos eū resuscitari precipias. Per dñm nostrum. Secreta

Suscipe dñe p aia famuli tui hostiã quã te deo patri obtulisti pro nobis benigne: et quia causa hominū descēdisti de celis: te redeunte sanctorum tuorū mereatur adiungi consortijs Per te saluator mundi. Qui viuis et reg. Postcõio

Presta quesumus dñe vt anima famuli tui cui hodie officia humanitatis exhibemus/ his sacrificijs expiata/ saluatiõis tue perpetuo munere gratuletur. Per dominum. ¶ In die triginta. Oratio

Deus cui propriū est misereri semper et parcere propitiare anime famuli tui/ & omnia ei9 peccata dimitte: vt mortis vinculis absolutus transire mereatur ad vitam. Per dominum no. Secreta.

Intuere quesumus oipotēs eterne deus: et placatus suscipere dignare hoc sacrificium qd tibi offerimus pro aia famuli tui & concede illi pacem perpetuam et requiem sempiternã. Per. Postcõio

Prosit quesumus dñe anime famuli tui diuini celebratio sacramenti: vt eius in quo sperauit et credidit/ eternum capiat te miserante consortium. Per dominum.

¶ In anniuersarijs. Oratio.

Deus indulgentiarum dñe/ da anime famuli tui cuius anniuersarium depositionis diem commemoramus/ refrigerij sedē: quietis beatitudinem luminis claritatem. Per dominum. Secreta.

Propiciare qs dñe supplicationib9 nřis pro aia famuli tui cuius hodie annua dies agitur pro qua tibi offerimus sacrificium laudis/ vt eã sanctorū tuorū consortio sociare digneris. Per. Postcõio.

Presta qs dñe vt aia famuli tui/ cui9 anniuersariū depositionis diē recolimus: his purgata sacrificijs indulgentiã pariter & requiem capiat sempiternam. Per dñm. ¶ Pro episcopis. Oratio.

Deus q inter apłicos sacerdotes famulos tuos põtificali fecisti dignitate cēseri presta qs vt quor vicē ad horã gerebãt in terris: eorum perpetuo consortio letentur in celis. Per dñm. Secreta

Offerimus tibi domie oblationem seruitutis pro animabus famulorū tuorū põtificum supplicãtes; vt cū psulibus apłice digni=

tatis quoꝛū sunt executi officium habere mereantur sempiterne beatitudinis poꝛtionē. Per. Postcōio.

P Roficiat dñe quesumus animabus famuloꝛū tuoꝛū pontificum diuini celebꝛatio mysterij / vt quos in terris positos / hui⁹ muneris dispensatoꝛes esse fecisti / inter electos antistites eos iubeas cō numerari. Per dominum nostrū.

¶ P2o fratrib⁹ ⁊ soꝛoꝛibus. Orō.

D Eus venie largitoꝛ ⁊ humane salutis auctoꝛ q̄s clementiam tuā / vt nostrarū cōgregationū fratres ⁊ soꝛoꝛes qui ex hoc seculo trāsierūt intercedēte beata maria semper virgine / et btō michaele archangelo cū oībus sanctis / ad perpetue beatitudinis cōsoꝛtiū peruenire concedas. Per. Secreta.

D Eus cuius mie nō est numerus: suscipe ꝓpicius preces humilitatis nostre / et aiabus fratrū et soꝛoꝝ nostrarū congregationum / quibus tui nois dedisti cōfessionem: per hec sacramenta salutis nostre cunctoꝛū remissionē tribue peccatoꝛum. Per. Postcommunio.

P Resta q̄s oīpotens ⁊ misericoꝛs de⁹: vt aie fratrū et soꝛoꝛū nostraꝝ congregationuꝫ pro quibus hoc sacrificiū laudis tue obtulim⁹ maiestati: per huius sacramētivirtutem a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinē. Per dñm

¶ P2o benefactoꝛibus. Oꝛatio.

O Mnipotēs ⁊ misericoꝛs deus vnica sal⁹ moꝛtaliū / te supplices exoꝛamus pꝛo animabus famuloꝛum famularūq; tuaꝝ / parentū et benefactoꝝ nostroꝝ: et interueniēte beata dei genitrice maria: cū oībus sanctis tuis peccatoꝛum eis largiri digneris indulgentiā: et in nouissimo die beate resurrectionis leticiam. Per eundem. Secreta.

S Anctifica q̄s dñe hec fidelium oim vitalia sacramenta et pꝛesta: vt per ea iteruenięte beata dei genitrice maria cū oībus sanctis tuis hoc ipsum ꝓficiat aiab⁹ famuloꝛū famularūq; tuaꝝ parentū et benefactoꝛū nostroꝛum ab oībus vicijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundē. Postcōio.

U Iuificet nos q̄s dñe salutare quo pasti sumus sacramētum: et interueniēte btā dei genitrice maria cū oībus sctis tuis cōcede vt hoc ipsum pꝛoficiat aiabus famuloꝛū famularūq; tuaꝝ / parentū et benefactoꝛū nostroꝝ: ad promerendā pꝛopiciationis tue gratiam / et percipiendā future resurrectionis gloꝛiam sempiternam. Per eū.

¶ P2o oib⁹ fidelib⁹ defunctis. orō

F Idelium deus oim conditoꝛ et redēptoꝛ animabus omnium fidelium defunctoꝛum remissionem cunctoꝛū tribue peccatoꝛum: vt indulgentiā quam semper optauerunt: pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis. Secreta.

H Ostias quesum⁹ dñe quas tibi pꝛo animabus oim fidelium defunctoꝛum offerimus pꝛopiciatus intēde: vt quibus fidei chꝛistiane meritū cōtulisti dones ⁊ pꝛemium. Per dominum. Postcōio.

Animabus quesumus domine omnium fideliũ defunctorũ oratio proficiat supplicãtiũ: vt eas et a peccatis oibus exuas: et tue redẽptiõis facias esse pticipes. Qui cum deo patre in vnitate spũs sctĩ.

¶ Vnius apostoli. Officium.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. In tempore paschali. Alleluya. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Exaudi dñe populum tuũ cum scti apostoli tui. N. patrocinio supplicantẽ: vt tuo semper auxilio munitus: secura tibi possit deuotione seruire. Per dñm nostrũ iesum christũ. ¶ Ad ephesios. ij.

Fratres. Jam nõ estis hospites et aduene: sed estis ciues sctõrũ et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum/ipso summo angulari lapide christo iesu. In quo ois edificatio constructa: crescit in tẽplum sanctũ in dño. In quo et vos coedificamini in tabernaculum dei in spiritu sancto. Gr. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est pricipatus eorum. V. Dinumerabo eos et sup arenã multiplicabũtur. Sequẽtia

Clare sanctorum senatus apostolorum/princeps orbis terrarum rectorcq3 regnorum. Ecclesiarum mores et vitã moderare. Qui per doctrinã tuã fideles sunt vbiq3 Antiochus et remus cõcedunt tibi petre regni solium. Tyrãnidem tu paule alexandrinã inuasisti greciã. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti cãdido. Thoma/bartholomee/Johãnes/philippe/Symõ/Jacobiq3 parules/andrea thadee dei/Bellatores incliti. Et vos oriens et occidẽs. Immo teres mũdi circulus. Se patres habere gaudent et expectãt iudices. Et idcirco ois mundus laudes vobis et honorem sanctis debitũ supplex impendit. Infra septuagesimã. Tractus

Beatus vir qui timet dominum in mãdatis eius cupit nimis. V. Potẽs in terra erit semen eius generatio rectorum benedicetur. V. Gloria et diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculũ seculi.

¶ Secundum Johannem. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Hec mando vobis vt diligatis inuicẽ. Si mũdus vos odit: scitote quia me priorẽ vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suũ erat diligeret. Quia vero de mundo nõ estis: sed ego elegi vos de mũdo/propterea odit vos mundus. Memẽtote sermonis mei quẽ ego dixi vobis: non est seruus maior dño suo. Si me persecuti sunt: et vos persequẽtur. Si sermonẽ meũ seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia faciẽt vobis propter nomẽ meum: quia nesciunt eũ qui misit me. Si nõ venissem et locutus fuissem eis: peccatũ non haberent. Nunc autẽ excusationẽ non habent de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera nõ fecissem i eis que

nemo alius fecit: peccatū nō haberent. Nunc autez et viderunt et oderunt et me et patrē meū. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorꝫ scriptus est: q̄a odio habuerūt me gratis. Offꝫ. In oēm terrā exiuit sonus eorū: et ī fines orbis terre verba eorū In tp̄e paschali. Alla. Secreta.

Beati apostoli tui N. domine solennia recensentes quesumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamꝰ pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per. Prefa. Et te dn̄e. Cōio. Vos q̄ secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. In tempore paschali. Alleluya alla. Post cōmunio.

Uere nos misericors deus per hec sctā que sumpsimꝰ et beati apostoli tui N. cuiꝰ natalicia celebramꝰ semper guberna presidijs. Per dominū nostrū iesum.

¶ In natali vnius martyris. Offi.

Letabitur iustus in dn̄o et sperabit in eo et laudabuntur oēs recti corde. In tp̄e pasc. alla alla. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio

Adesto dn̄e supplicatiōībus nr̄is: et intercessiōe bti N. martyris tui ꝑpetuā nobis miam benignus impende. Per. Lectio libri sapiētie Ecclesiastici. xiiij. et xv.

A Beatus vir qui in sapiētia morabitur: et qui in iusticia meditabitur/ et in sensu cogitabit circumspectionem dei. Cibauit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potauit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et cōtinebit illum/ et non confundetur/ et exaltabit illum apud proximos suos. Et noīe eterno hereditabit illum dn̄s deus noster. Gr. Posuisti dn̄e super caput eiꝰ coronā de lapide ꝓcioso. V. Desideriū aīe eiꝰ tribuisti ei: et volūtate labiorꝫ eiꝰ nō fraudasti eū. Alleluya. V. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. Sequētia.

ORganicis canamus modulis N. solennia. Omnigenis domino vocibus reddentes odas debitas. Qui in suis sanctis mirabilis nimis multiplici virtutū flore eosdē decorat ac mirifice adornat. Nā et in ipsis quasi in quibusdā musicis instrumentis digito proprio fides agitat fides virtutū sonora has numerose percurrēs singulas. Permiscet singulis diatesserō melliflu am melodiā. Quam generat virtutum mater illa. Que alijs decēter cōposita reddit suauē simphoniam Qua sine cuncta. Fiūt dissona Nec non friuola. Qua cum oia. Fiunt consona. Nec non vtilia. Qua iusti bene. Morati rite. Petentes excelsa poli sydera. Alacres decantāt noua cantica in cythara traicia. Quorum agentes festa cōsortia mereamur in celesti patria. Tractus.

DEsideriū anime eius tribuisti ei et volūtate labiorum eius non fraudasti eum. V. Quoniam preuenisti eū in benedictione dulcedinis. V. Posuisti super caput eius coronā de lapide precioso. Secundum iohannem. xij.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē di- D

co vobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autē mortuum fuerit: multū fructum affert. Qui amat animā suam/perdet eā. Et qui odit animā suam in hoc mūdo: in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit / honorificabit eum pater meus: qui est in celis. Offerto. In veritate tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desideriū anime eius tribuisti ei. In tpe paschali all'a all'a. Secreta.

PResentia munera dn̄e quesumus serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfundantur benedictione/quatenus illā validius in nostris cordibus dilectionem infundant per quā sanctus N. martyr tuus oia corporis tormenta deuicit. Per eiusdē. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsum ꝛ tollat crucē suam et sequatur me. Postcōio.

QUos refecisti dn̄e celesti ministerio ab oibus q̄s propiciat⁹ absolue delictis: vt intercedēte btō N. martyre tuo diuino munere purificatis mētib⁹ pfruamur. Per. Missa pl'mor mar. Offiū.

INtret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris centuplum in sinu eorum / vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templū sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

OMnips sempiterne de⁹/da nobis sctōr martyrū tuorū N. et N. ita digne merita venerari: quatenus ab instātibus liberemur periculis: ꝛ digni efficiamur gaudiis sempiternis. Per. Ad hebre. xj

SAncti per fidē vicerunt regna operati sunt iusticiā adepti sunt repromissiōes. Obturauerūt ora leonū/extinxerunt impetum ignis: effugarunt aciē gladij cōualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterūt exterorū: acceperūt mulieres de resurrectiōe mortuos suos. Alij vero distenti sunt nō suscipientes redēptionē: vt meliorē inuenirent resurrectionē. Alij vero ludibria et verbera experti insuper ꝛ vicula ꝛ carceres. Lapidati sunt: secti sunt: tētati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierūt i melotis: ꝛ in pellibus caprinis. Egētes/angustiati afflicti: q̄bus dignus nō erat mundus. In solitudinibus errantes et in montbus et speluncis ꝛ in cauernis terre. Et hi oēs testimoio fidei probati inuenti sunt. In christo iesu domino nostro. Gr. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. Alleluya. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent alleluya. Sequentia.

ECce pulchra canorū resonet voce alleluya. Intimans requiem ciuibus inclytā. Felicia nimium angelorum rutilāt agmina.

Sacte scte sancte christo ouanter proclamatia. Sublimi in chatedra apostolorum sede fulgida lampada tribus et liguas iudicātia. Omnia vt stercora reputarūt tumida propter hec emicāt velut stella firmamēti clara. Stolis cādidis martyrum colla. Hi sunt milites qui mūdi preliarunt bella. Coronis albis coronātur sancti. Qui confitētes crediderūt iuste vel fide certātes. Respuerūt vana. Modo habent celestia regna. In qua triumphāt dicētes optime. Siue decantāt psallentes carmina. Arte laudiflua. Uoce dulcissona. Regi christo submittentes colla. Multū recitaris laude spirituū. Atq; iubilaris in choro virginum. Alleluya. Dulcimoda. Te decantant pudicū agmina. Laus tibi sit christe semper per omnia. Qui opitularis cantātes talia. Uoce pulchra. Alleluya. Et nos ipsi: pclamemus vna. Da nobis eterna regna florida. Ubi cātemus oēs alleluya

Secundum lucam. vi.

D In illo tpe. Eleuatis iesus oculis in discipulos suos dicebat Beati pauperes: qz vestrū est regnū dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: qa ridebitis. Beati eritis cū vos oderunt homines: et cū separauerint vos et exprobrauerint & eiecerint nomē vestrum tanq; malum propter filiū hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce eni merces vestra multa est i celo. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus alleluya. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dñe munera populi tui pro festiuitate sanctor; martyrum tuorum. N. et N. et sincero corde nos faceorum natalicijs iteresse. Per dñm. Cōio Gaudete iusti in domino alleluya: rectos decet collaudatio alla. Post cōmunio.

Sacramētorum tuorum domine participatiōe letātes suppliciter exoramus: vt quorū merita celebrare cōdonas: eorum nos facias imitari constantiam. Per.

De quocūq; cōfessore. Officium

Os iusti meditabitur sapiētiam: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Glia patri et filio. Oratio.

Adesto domine precibus nostris quas in sancti N. confessoris tui solēnitate deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam non habemus: eius qui tibi placuit meritis et precibus adiuuemur. Per.

Epistola. Lectio libri sapientie. x.

B Iustum deduxit domin⁹ per vias rectas: et ostendit illi regnum dei / et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et cōpleuit labores illius. In fraude circumueniētiū illi affuit: et honestum fecit illum Custodiuit illum ab inimicis: & a seductoribus tutauit illū: & certamen forte dedit illi vt vinceret et sciret quoniā omnium potētior est sapiētia. Hec vendítum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eū. Descen-

ditq; cum illo in foueam: et in vincu
lis non dereliquit illū donec affer-
ret illi sceptrū regni: et potentiam
aduersus eos qui eum deprimebāt
Et mendaces ostendit qui macula-
uerūt illum: et dedit illi claritatem
eternā: dominus deus noster. Gr.
Os iusti meditabitur sapientiā: et lingua
eius loquetur iudiciū. V. Lex dei eius in
corde ipsius et non supplantabūtur gres-
B. sus eius. Alleluya. V. Posui adiuto
rium super potentem. et exaltaui electum
de plebe mea. Sequentia.

Adest nobis dies alma et ma
gno gaudio plena. In qua
sctā deo grata congaudet ecclesia.
Hodie celestis letat turma: q̄ glo-
riam cātat in excelsis voce dulcisso
na cum simphonia. Hodie polorum
sancta agmina collaudant regē de
um nostrū natum ex virgine sancta
maria Aue inclyte psul N. flos pul
cherrime. Tu vestigia christi secu-
tus es fide deuota. Eterni regis a
deptus es regna. Iam gratularis
in domo superna possidēs sedes al-
mas. Te postulamus et possumus
vna. Adiuuēt tua sancta suffragia
fragilem vitā nostrā. O beate. O
scte N. Laus tibi in gloria. O bea-
te O sancte N. pro nobis supplica.
Ut vna mereamur sancta celorum
templa. Possidere leti cernētes al-
ma gaudia que sunt plena Sit deo
laus / honor et iubilatio casta. Qui
regnat per omnia seculorum secula
Amen dicant omnia. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti
ei: et voluntate labiorum eius nō
fraudasti eum. V. Quoniam preuenisti eū
in benedictione dulcedinis. V. Posuisti su
per caput eius coronā de lapide precioso.
Secundum Matheum. xiij.

In illo tēpore. Dixit iesus di B.
scipulis suis. Uidete vigila-
te et orate. Nescitis enim quādo tē
pus sit. Sicut homo qui peregre p
fectus reliquit domū suā: et dedit
seruis suis potestatem cuiusq; ope
ris: et ianitori precepit vt vigilet.
Uigilate ergo. Nescitis eī quādo
dñs domus veniat: sero / an media
nocte / an gallicantu / an mane. Ne
cum venerit repente: inueniat vos
dormientes. Quod autem vobis di
co: omnibus dico vigilate. Offer.
Desiderium anime eius tribuisti ei: et volū
tate labiorum eius non fraudasti eum / po
suisti in capite eius coronā de lapide pre-
cioso. In tpe pascha. alla. Secreta.

Suscipe domine sacrificium
placationis et laudis quod
nos interueniente beato N. confes
sore tuo perducat ad veniam: et in
perpetuam gratiā constituat actio
nem. Per dominū nostrum iesum
christū. etc. Cōmunio. Fidelis seruus
et prudens: quem constituit dominus su-
per familiam suam vt det illis in tempore
tritici mensuram. In tempore pascha
li. Alleluya alleluya. Postcommunio.

Presta quesumus omnipo-
tens deus: vt cuius festiui-
tate votiua sunt sacramenta: eius
salutaria nobis intercessione red-
dantur. Per dominum nostrum ie
sum christum filium tuum: qui tecū
viuit et regnat in vnitate spūs san-
cti deus. Per oia secula seclor. amē
¶ Missa de sancto rocho officium.



Congratulamini omnes in domino diē beati rochi cōmemorātes: in cui9 cōmemoratiōe letat eccl'ia/plebs exultat ꝛ angeli dulcia dant melodia dicentes/gloria tibi dn̄e: q̄ talē virū in cōfessorē elegisti. ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege dn̄i. Gloria. Oro.

Deus qui es gloriosus in gloria sanctorum: ꝛ cunctis ad eorum patrocinia confugientibus/ sue petitionis salutarem prestas effectum; concede plebi tue: vt intercedente beato rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuota exhibet: a languore epydimie / quā in suo corpore pro tui nominis gloria passus est sit libera : et tuo nomini semp sit deuota. Per. Ad Tytū.ij.

Carissime. Memor esto dn̄m iesum christum surrexisse a mortuis ex semine dauid secūdum euangeliū .meū in quo laboro vsqꝫ ad vincula/quasi male operās / sed verbū dei nō est alligatū. Ideo omnia sustineo ꝑpter electos: vt ꝛ ipsi salutem consequātur / que est cum christo iesu in gloria celesti. Tu aūt assecutus es meam doctrinam : institutionē/propositum / fidē/longanimitatem/dilectionē/ patientiam persecutiōes/passiones: qualia mihi facta sunt antiochie / iconio / listris: quales persecutiōes sustinui et ex omnib9 me eripuit dn̄s: ꝛ omnes qui pie volunt viuere in christo iesu persecutionem patientur. Gr.

Tibi pio sancto rocho honor sit et gloria: te deprecātes apud celeste numē tuis precibus: a morbo epydimie/saluos nos reddas. ℣. Fac quesumus beate confessor christi vt apud deū preces nostre nō sint vane; et nobis aeris temperiē concede/vt in fine tecū in celis cōgratulemur. Alla. ℣. O beate cōfessor roche/q̄ magna apud deū sunt merita tua: quibus credimus nos a morbo epydimie posse liberari: et aeris temperiē cōsequi. Alla. Euang. Uidete vigilate. in missa de quocunqꝫ confessore. Offr. Te beatum rochum christi confessorem exoratum facimus ꝛ preces ad te patrem nostrū dirigimus. vt tua intercessione a languoribus epydimie saluemur: ꝛ aeris temperiem potiamur. Secret.

Parce nobis dn̄e ꝛ flagella ire tue que pctā nostra merētur precib9 et meritis beatissimi cōfessoris tui rochi a nobis misericorditer auerte. Per. Prefatio. Eterne de9. Qui imminētē niniuitis interitū sola misericordia reuocasti: quib9 vt propugnator existeres cū orationis penitētia prestitisti: ꝛ huic populo tuo ante conspectū glorie tue p̄strato orandi tribue puritatem: ꝛ quē desiderat presta liberationis effectū. vt quos vnigeniti tui precioso sanguine redemisti non patiaris misericordia tua mortalitatis interire supplicio. Per christum dominū nostrū. Per quē ma. Com.

O q̄ magnificum est nomen tuū beate roche: qui tuis intercessionib9 multitudinē languētiū nostri sanare: et nomen tuū gloriosum cōmemorationib9 oibus te ꝓpiciū exhibere : veni ꝛ salua nos a morbo epydimie ꝛ aeris tēperiē nobis cōcede. Postcō

PResta quesum⁹ omnipotēs deus: vt q̄ celestia sacramenta percipim⁹: intercedēte beato rocho cōfessore tuo/ per hec cōtra omnia aduersa muniamur: et ab omni morbo et peste: ac subitanea morte liberemur. Per dn̄m nostrū iesum

¶ In natali vnius virginis et martyris. Ad missam. Officium.

LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regum & nō confundebar: & meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis et martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dn̄m nostrum

Lectio libri sapientie. Eccl. li.

B. DOmine deus meus exaltasti super terrā habitationē meam: et pro morte defluēti deprecata sum. Inuocaui dominū patrē dn̄i mei vt nō derelinquat me in die tribulationis mee/ & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomē tuum assidue: et collaudabo illud in confessione/ & exaudita est orō mea. Liberasti me de pditiōe: & eripuisti me de tēpore iniquo. Propterea confitebor & laudē dicā nomini tuo dn̄e deus meus. Gr. Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē. V. Propterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo letitie. Alla. V. Emulor enim vos dei emulatione: despōdi vos vni viro vgīnē castā exhibere xp̄o. Seq̄n

VIrginis venerande de numero sapientū festa colim⁹ socij. Filie matris superni regis sacrosancte marie. Quā sibi in sororē dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunij. Et luxuriā secuit ense agonie. Hec cōtra cūctos hostis dimicauit impetus. Et hostē cruentum freta christi dextra strauerat. Hec sponsum ab aula sese inuisentē alacris. Corde iocūdo secuta eius est ingressa thalamū. Tu q̄s iam dulcib⁹ plena delicijs. Christo miserias nostras suggerito nobis consolationē precando. Tract⁹

DIffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te de⁹ in eternū. V. Specie tua & pulchritudine tua: intēde prospere p̄cede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinē et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: q̄r cōcupiuit rex speciē tuā. Scd̄m matheū. xiij

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc Simile est regnū celorum thesauro abscondito in agro: quē qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vēdit vniuersa que habet et emit agrū illū. Iterum simile est regnū celorū homini negociatori querēti bonas margaritas. Inuenta autē vna preciosa margarita: abijt et vendidit omnia que habuit: et emit eā. Iterū simile est regnū celorū sagene misse in mare: et ex omni genere pisciū congregāti. Quā cū impleta esset: educentes et secus littus sedentes/ elegerūt bonos in vasa sua/ malos autē foras miserūt. Sic erit in consummatione seculi. Exibūt angeli & separabūt F.

malos de medio iustorum: et mittent eos in caminum ignis Ibi erit flet⁹ et stridor dentium. Intellexistis hec oia Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doct⁹ in regno celorum similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua et vetera. Offr. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Secreta.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice et itercedente beata N. virgine et martyre tua vincula peccatorum nostrorum absolue. Per. Comunio. Diffusa est gratia in labijs tuis/ propterea benedixit te deus in eternum. In tempore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

Placeant tibi quesumus misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt mysteria sacrosancta que sumpsim⁹ intercedente beata N. virgine tua et martyre et tuam gratiam nobis concilient: et eterne felicitatis gaudium subministrent. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus Per omnia secula seculorum. Amen.

Missa de nomine iesu. Officium



In nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua cōfiteatur quia dominus noster iesus christus i glia est dei pris Ps. Laudate dominum quia bonus dominus psallite nomini eius qm̄ suaue est. Oro.

Deus qui gloriosissimum nomen domini nostri iesu christi vnigeniti filij tui fecisti fidelib⁹ tuis summo suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibus tremendum atque terribile/ concede propicius: vt omnes qui hoc nomen iesus deuote venerantur in terris: sancte consolationis dulcedinem in presenti pcipiant/ et in futuro gaudium exultationis et interminabilis iubilationis obtineant. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio actuum apostolorum .iiii.

In diebus illis. Petrus impletus spiritu sancto dixit.: B. Principes populi et seniores audite Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi: in quo iste saluus factus est. Notum sit omnibus vobis et omni plebi israel: quia in nomine dñi nostri iesu christi nazareni quem vos crucifixistis/ quem deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobat⁹ est a vobis edificantibus: qui factus est in caput anguli. Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Gr. Constituit deus pater ad dexteram suam iesum christum in celestibus super omnem potestatem/ principatum/ et virtutem/ et dominationem/ et super omne nomen quod nominatur nō solum in hoc seculo sed etiam in futuro et oīa subiecit sub pedibus eius. Ps.

Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui dñe libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomē tuū. Alleluya. ℣. Dulce cordi nomen iesu melos auri/mel in esu / cor vertit in iubilum/et fugat mundi sibilū. Secundū Alleluya. in cōme. in tempore paschali. Alleluya. ℣. Surgēs iesus dominus noster: stetit in medio discipulorum suorū et dixit pax vobis. In cōmemoratione a septuagesima: vsqz ad pascha dicitur sequens Tract⁹.

Dulce nomen iesu christi; felix omē ferens tristi: iocundās mentem iubilo. ℣. Tollit luctū affert fructū: et obductum et seductum/purgat cor a nubilo ℣. Nominatum inuocatum: honoratum predicatum/semper sonat dulciter. ℣. Tā peccatum q̃z reatum/condonatum expurgatum reddit mulcēs leniter. ℣. Hostes ferit mores serit: mala terit graues gerit plenum est presidium. ℣. Nos defendit/ nos accendit/ nos intendit et extendit/hoc nomen in gaudium. Sequentia.

Dulcis iesus nazaren⁹ iudeorū rex amen⁹ pius pulcher floridus. Pro salute sue gētis subiit mortē cum tormentis factus pallens liuidus. Dulce nomē et cognomen hoc transcendens est prenomē oibus nominibus. Mulcet reos sanat eos fouet reos munit eos seruās ab insultib⁹. Hui⁹ regis sub vexillo statu degis ī trāquillo hostes tui fugiūt. Nomē eius meditatum belli fugat apparatū hostes victi rugiūt. Hoc nomē est recolendū quod sic semper est tremēdum malignis spiritibus. Hoc est nomē salutare et solamen singulare quod succurrit tristibus. Hoc nos decet honorare archa cordis inserare cogitare per amare amore sed heroico. Ignaci⁹ hoc docuit illud passus insonuit cor eius scissum patuit inscriptū iesu celico. Ut quid maiora cupimus q̃ꝙ iesus sit intimus qui est preamātissimus et querit nos amare. Amat feruentissime amat cōstantissime/ amat fidelissime et suos vult iuuare Nomē suū fecit tale vt sit cūctis cordiale capitale principale dilectū ex intimis. Habēt hoc nature iura vt amantē tota cura reamem⁹ placitura prestantes ex animis. Iesu nomen omne bonum tenet dulcem facit sonū promeretur regni thronum auditum letificat. In hoc lucet splendor patris in hoc patet decor matris in hoc fulget honor fratris / hoc fratres magnificat. Caput iesu cor mens manus vulnus liuor sanguis planus: pedes corpus vigor sanus parantur hominibus. Hec torquēt passa dura his lesura et natura reparātur pia cura / purgatis criminibus. Ergo si quis velit scire quare nomē iesu mire facit bonos concupire sui inherentiam.

Iesus pulcher in decore sūme bonus in valore mitis lenis cum dulcore pronus ad clemētiam. Iesus est rex generosus iesus forma speciosus iesus lingua gratiosus et mirandus opere. Iesus fortis animosus iesus pugil vigorosus iesus donis copiosus / et gaudet tribuere. Iesus pie viscerosus iesus ductor luminosus iesus est deliciosus et sapit dulcissime. Iesus fama glorio-

sus iesus cunctis fructuosus iesus totus virtuosus / fouet suos optime. Sūmus potens in vigore: summus celsus in honore / summ⁹ gratus in amore omnem laudem obtinet. In sciendo summe sapit ambiēdo cuncta capit diligendo corda rapit et illata detinet. Eya nomen nobis gratū dulcis iesus appellatum sit in corde sic firmatū vt non possit erui. Hoc reatū peccatorum tollat prestet iubilorū odas sede beatorū donet nobis perfrui. Tractus.

Dulce nomē iesu christe / felix omē ferens tristi: iocundās mentē iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructū / et obductum et seductum: purgat cor a iubilo ℣. Nominatum inuocatū honoratū predicatū semper sonat dulciter. ℣. Tam peccatum q̄z reatum condonatū expurgatū: reddit mulcēs leniter. ℣. Hostes ferit mores serit: mala terit: grauos gerit plenum est presidium. ℣. Nos defendit nos accendit. nos intēdit z extēdit hoc nomē in gaudiū

Euāgeliū Secūdū matheum. i.

In illo tpe Angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicens Joseph fili dauid noli timere accipere mariā coniugē tuā. Qđ enim in ea natū est: de spiritu sctō est. Pariet autē filiū z vocabis nomē eius iesum. Ipse enim saluū faciet populum suum a peccatis eorū. Hoc autē totū factū est: vt adimpleretur qđ dictū est a dño per prophetā dicētem. Ecce virgo cōcipiet in vtero et pariet filiū: et vocabitur nomen eius emanuel: quod interpretatur nobiscū deus. Credo. Offr. In noie meo demonia eijciēt: linguis loquētur nouis: serpentes tollent. et si mortiferū quid biberint non eis nocebit: super egros man⁹ iponēt z bene habebūt alla. Secreta

In veneratione nominis dilectissimi filij tui dñi nostri iesu christi tibi deus pater misericordiarū deuotis mētib⁹ hostias immolamus suppliciter deprecantes / vt earum virtute cunctis egentibus prestetur auxiliū: et in eodē nomine delectantes salutarē sui propositi consequātur effectū. Per eundē Prefa. Quia per incarnati. Cōio. Vincēti dabo māna abscōditū et dabo illi calculū cādidū z in calculo nomē nouū scriptū qđ nemo scit nisi q̄ accipit. Postcōio

Sacrosancta mysteria q̄ sumpsimus domine ad honorem nominis cōplacentissimi filij tui domini nostri iesu christi deuotis precordijs recolētes quesumus / vt incrementa spiritualis exultationis accumulent: et affectū nostrum ad hoc salutiferum nomen nobis iugiter imprimendum attendant: et ad iubilationē iubilandum in iesu saluatore nostro dulcissimo tota mentis intentione promoueant Per eūdem. Per totas oct. dicatur missa predicta qñ de octauis fit seruitiū: sed sine Credo. Sequētia per octauas. Jesu pulcher in decore. zc.

Missa pro febribus. Officium.

Iustus es domine et rectū iudiciū tuū fac cū seruo tuo secundum misericordiā tuam. Psalm⁹. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus q̄ per sctōs apostolos z mar-

tyres tuos / diuersa sanitatū dona largiri dignatus es: da quesumus vt presentē famulū tuum N. quia febriū vexatione fatigatur: per intercessionē sancti sigismundi regis et martyris tui / tua medicina erigat ad salutem et ad sanitatem pristinā clementer reuocare dignetur Per dñm. ¶ Lectio libri sapientie.

B. Qui timet dñm nihil trepidabit & nō pauebit: qm ipse est spes eius. Timēti dñm btā est aia eius. Ad quē respicit et ipse fortitudo eius. Oculi dñi sup timētes eū: protector mētiū firmamētū virtutis. Tegmē ardoris: et vmbraculū meridianis. Depcatio offensionis: & adiutoriū casus. Exultās aiam & illuminās oculos: dans sanitatē et vitā et benedictionē. Gr. Miserere mihi dñe qm infirmus sum sana me dñe. V. Cōturbata sunt oia ossa mea, et anima mea turbata est valde. Alla. V. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meam. Secundū Matheū. viii.

B. In illo tpe. Cum venisset dominus iesus in domū petri: vidit socrū eius iacentem & febricitātem. Et tetigit manum eius & dimisit eam febris. Et surrexit et ministrabat eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiiciebat spiritus verbo: & oēs male habētes curauit Ut adimpleretur quod dictum est per isaiam prophetā dicētem. Ipse infirmitates nostras accepit: et egrotationes portauit. Offr. Dñe cōuertere et eripe animam meam saluū me fac propter misericordiam tuam. Secreta

Offerim9 tibi dñe munera sancta in nomine electi tui sigismūdi regis & martyris tui: vt presenti egroto N. febriū ardores repelli iubeas & exinde tuo semper in oibus muniat auxilio. Per. Cōto. Amē dico vobis quicquid orantes petitis credite q accipietis & fiet vobis. Postcō.

Omnipotēs sempiterne deus q dedisti fidelibus tuis obtinere oia que iuste pcamur: suscipe ppicius pces nostras: quas pro famulo tuo N. in honore beati sigismundi regis et martyris tui deferimus: et quod pro eo deuotis mentibus obsecramus: celeri indulgentia consequi mereamur. Per dñm.

¶ Missa pro pestilentia euitanda. Ad missam. Officium.

Recordare dñe testamēti tui et dic angelo percutiēti cesset iam manus tua: vt non desoletur terra: et ne perdas omnē animam viuam. In tpe pascha. alleluya. Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Deus qui non vis mortē sed penitentiā desideras peccatorū: populum tuū qs dñe ad te conuerte propitius vt dū tibi deuotus extiterit: iracundie tue ab eo flagella amoueas. Per dominū nostrum Lectio libri regum. ii. Regū. xxiiii

In diebus illis Immisit dñs pestilētiam in israel de mane vsq ad tempus cōstitutū & mortui sunt ex populo a dan vsq bersabee septuaginta milia virorum. Cūq extēdisset manū suam angelus dñi super hierusalē vt disperderet eā; C.

misertus est dñs sup afflictionē/et
ait angelo percutiēti populū. Suf
ficit. Nūc contine manū tuā. Erat
aūt angelus dñi iuxta areā areuna
iebuzei. Dixitq3 dauid ad dñm: cū
vidisset angelum cedentē populū.
Ego sum qui peccaui et inique egi
isti qui oues sunt qđ fecerūt. Uer-
tatur obsecro manus tua cōtra me
et cōtra domum patris mei. Uenit
autē gad propheta dñi ad dauid in
die illa: et dixit ei. Ascende et cōstitue
altare dño in area areuna iebuzei.
Et ascēdit dauid iuxta sermonem
gad quē preceperat ei dñs. Gr. Misit
dñs manū suā et sanauit eos: et eripuit eos
de interitu eorū. V. Confiteantur dño mie
eius et mirabilia eius filijs hoim. Alla
V. Saluabo populū meū in medio isrl: et
ero eis in deū i veritate: et iusticia. Sequē.

Iubilemus pia mēte voce cor
de cōcinnēte: trinitatē collau
dantes. Patrem proleq3 precemur
sanctū pneuma veneremur laudis
melos concrepātes. Oēs vna pro-
clamemus: deum summū implore
mus misereri vt dignetur Cor gra
uatur mēs languescit iam gēs me-
ret et plangescit: pestis morsum dū
veret. Aura furit ledit pestis mor-
bus vrit nulla mestis: spes salutis
redditur. Mare fluxit mixtū felle
iā tēpestas iā procelle plebs vbiq3
premit. Si pro malus irascaris tē-
pus est vt reuertaris pie iesu mise-
rere. Leo lustrās oues querit nisi
psis ouis perit bone pastor nos tue
re. Terra mare firmamēta queq3
parāt elemēta tuo fctā numie. Ma
re nouit te calcantē dū te sentit am
bulantē: factor fertur flumine. Cū
cta sistūt te iubēte nō mouētur sed
repēte reddētur pacifica. Toto ni-
su tota cura ois laudat te factura o
virtus almifica. Aures nobis mit-
te letas pestē procul pie pellas trans-
fer nos ad vite metas ne nos turbēt
tot procelle Olim culpa nos ligati re
spirantes credim9 corde mesto fla
gellati tibi soli credimus. Lex anti
qua trāsgressores/cōuersos eripu-
it: tue legis abusores pie dum corri
puit. Joab abner prosequēte: et hūc
armis insequēte/prece datur venia
Joab vitā consecutus nocte viam
trāsit tutus per montis acumina.
Dauid in prophetico vita datur ter-
mino/pro delicto graui. Versū fu-
git facinus/dū fatetur vocibus in-
quiens peccaui. Ezechias reddit fle
tū/et peccatum est deletum statim
vt penituit. Fletū fecit et profecit si
bi deus/hinc adiecit: annos et con-
stituit. Mitis hester pie mētis pro
salute sue gentis assuerum adijt.
Hic fit salus mardocheo crux equa
tur aman reo quia suspēsus perijt.
Uirtus iudith de supnis: diua dū
illuminat: caput aufert olofernis et
captiuos liberat. Mater ergo sum
mi regis/tibi natus christ9 verus:
vos signauit vmbra legis hester tu
hic assuerus Uirgo natū intercede
vt afflictos liberet/saluet nos a pe-
stis cede: quos pie redemerat. Uir
go mater maris stella/fons ortorū
verbi cella/ne nos pestis aut procella
peccatores obruāt. Eya mater ter
ge fletū/tēpestatis tolle fretū: cor
mestorū redde letū/iā preces subue

niāt. Proles parcit si perozas ma-
ter ergo rūpe moras/posse tuū fili
um/aura feda rūpēs pestis/simul
cadāt cōfer mestis salutis auxiliū.
Nostros tuꝰ ipse natꝰ tollat penas
et reatus/nobis prestās cōsolamē.
Qui regni sēpiterni vbi ciues sunt
supni: personemus omnes, Amen.
Euangeliū Secundū Lucā. iiij

6. In illo tpe. Surgēs iesus de
synagoga: introiuit in domū
symonis. Socrus autē symonis te
nebatur magnis febribꝰ. Et roga-
uerūt illum: pro ea. Et stans super
illam imperauit febri: ⁊ dimisit illā
Et cōtinuo surgens ministrabat il-
lis Cum autē sol occidisset oēs qui
habebāt infirmos varijs languori
bus: ducebāt illos ad eū. At ille sin
gulis manus imponēs curabat eos
Exibāt autē demonia a multis cla
mantia ⁊ dicentia: quia tu es filius
dei. Et increpās: non sinebat ea lo-
qui quia sciebāt ipsum esse christū.
Facta aūt die egressus ibat in deser
tū locū. Et turbe requirebāt eū: et
venerūt vsqꝫ ad ipsum. Et detine-
bant illū ne discederet ab eis. Qui-
bus ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibꝰ
oportet me euangelizare regnū dei
Quia ideo missus sum. Et erat pre
dicās: in synagogis galilee. Offer.
Stetit pōtifex inter mortuos ⁊ viuos ha
bens thuribulum aureum in manu sua: et
offerens incensū sacrificium: placauit irā
domini; et cessauit plaga domino. In tē-
pore paschali Alleluya. Secreta.

Subueniat nobis dn̄e quesu
mus sacrificij presentis ope
ratio: que nos ⁊ ab erroribꝰ vniuer
sis potēter absoluat: et a totius exi
piat perditionis incursu. Per dn̄m
Cōio. Multitudo languentium ⁊ qui ve
xabantur a spiritibus immundis venie-
bant ad eum. quia virtus de illo exibat: et
sanabat omnes. Postcōio

Exaudi nos deus salutaris no
ster: et intercedēte beata dei
genitrice semper qꝫ virgine maria:
populum tuū ab iracundie tue hor
roribus liberū: et misericordie tue
tua fac largitate securū. Per domi
nū nostrū. Missa sancti rochi cō-
fessoris. Ad missam Officium.

Letabitur iustus in dn̄o/et
sperabit in eo: et laudabun
tur omnes recti corde. In
tempore paschali. Alla alla. ps. Ex-
audi deus orationē meā cū deprecor: a ti-
more inimici eripe animā meam. Oro.

Omnipotēs et misericors deꝰ
qui meritis ⁊ precibꝰ beatissi
mi rochi confessoris tui quandā pe-
stem hominū generalē gratiose re
uocasti: presta supplicibus tuis/vt
q̄ pro simuli peste reuocanda ad tuā
confugiunt fiduciā: ipsius gloriosi
confessoris precamine ab ipsa infir
mitate: ⁊ ab omni perturbatione li
berentur. Per dominum nostrum
Epistola. Iustum deduxit dominꝰ
Gr. Iustꝰ vt palma florebit: sicut cedrus
libani multiplicabitur in domo domini.
℣. Ad annunciandū mane misericordiam
tuā et veritatē tuam per noctē. Alla.
℣. Iustus germinabit sicut lilium: et flo-
rebit in eternum ante dn̄m. Sequētia.

In honore saluatoris sācti ro
chi cōfessoris agat memoria
Qui de celo prenotatur ⁊ ad matrē

nunciatur:salute angelica. Qui de
uētre mr̄is natus/signo crucis est
signatus:qḋ sinistro patuit. Quar=
taqꝫ sexta feria semel lactās indicia
sanctitatis prebuit. Uti mundo qui
cum posset/et mundanum fucū nol
set:mundus mundū tenuit. Omni
spreta re paterna:mēte tendēs in su
pna oia deseruit. Ac post mortē sui
pr̄is et decessum sue mr̄is peregre
diuertiṫ. Et ad domos infirmorū/
peste dira ꝓpressorū:festine ingredi
tur. Jesum xp̄m deū clamat:signo
crucis cūctos sanat sua prouidētia
Ad quem uenit uir beatus/prorsus
fuit hic sanatus:diuina potētia. Ci
uitates italie/rome/longobardie/
sanat suis precib⁹. Hospitali placen
tie percussus pestis silice: abiectus
e menibus. Languēs dū i silua sitit
fontē deus sibi mittit: preostēsa ne
bula. Paru⁹ canis panes portat/a
gotardo ⁊ reportat:cane uiro regu
la. Sic uir sctūs ꝯfortaṫ: dū gotar
do cōsolaṫ/in ualle miserie. Et per
angelū sanatur q̄ a deo mittebatur
raphael in noie. Postqꝫ in lōgobar=
dia/prouincia angleria poniṫ in car
cere. Ab angelis fouebaṫ/et de celo
letabatur/uisus miro lumine. Ro=
chus ibi uitā finit/cui deus dare si=
nit/tabulā per angelū. Que diuine
scribebaṫ/scriptis auri et ditaṫ/ma
nu dei syderū Nomē rochi īfra scri
ptū/qḋ a deo fuit dictū/ut q̄ eū de=
corant. Pestis ulcus depellaṫ sani=
tasqꝫ his reddaṫ qui eū ꝯmemorāt.
Tu q̄ deo es tā char⁹/⁊ in luce ual
de clar⁹ sana tuos famulos Et a pe
ste nos defēde/opē nobis ac ipende
ꝯtra morbi stimulos. Uir tā potēs
tā beatus cū honore collocat⁹/in ce
lesti curia. Uoto uoce ueneretur ut
per ipsum nobis deṫ/nobis frui glo
ria. Amen. Secundū Matheū.ix.

IN illo tpe. Circuibat dn̄s ie=
sus ciuitates ⁊ castella docēs
in synagogis eorū/et predicās euā
geliū regni:⁊ curās oēm languorē
⁊ oēm infirmitatē. Uidēs aūt tur
bas misertus est eis/q̄a erāt uexa=
ti ⁊ iacētes sicut oues nō habentes
pastorē. Tunc dixit discipulis suis.
Messis q̄dē multa oparij uero pau
ci Rogate ergo dn̄m messis:ut mit
tat operarios in messem suā. Eun=
tes aūt p̄dicate dicētes/q̄a appropi
quabit regnū celorū. Infirmos cu
rate/mortuos suscitate/leprosos
mundate/demones eijcite/gratis
accepistis gratis date Ecce ego mit
to uos sicut oues in medio luporū.
Estote ergo prudētes sicut serpen
tes/et simplices sicut colūbe. Offer
Ueritas mea ⁊ mīa mea cū ipso:et in noie
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MUnera tibi quesumus dn̄e
oblata sanctifica et interce=
dente pro nobis beato rocho confes
sore tuo/per hec omnia scelorū no=
strorū placatus maculas absterge:
et sanitatē corporis et anime nobis
tribue. Per. Cōio. Magna est gloria
eius in salutari tuo:gloriā et magnum de
corē impones super eū dn̄e. Postcōio.

SUmpsim⁹ dn̄e tua sctā bea
ti rochi merita recolentes/
p̄sta q̄s ut ei⁹ semp ⁊ fideliū
muniamur auxilio/⁊ magnifico p̄
ficiamus exēplo. Per. ¶ Finis.

Festum diuiditur in festū duplex et in festū simplex. ¶ Festum duplex diuiditur. In principale dup. In maius dup. in minus du. In infer. dup. ¶ Principale dup. est scz dies nata. dñi/ dies epy. dies pas. dies ascēsio. dies pēthe. dies assum. festū loci fes. ded. ¶ Et nota q̄ si principale dup. in vna die euenerit et in die sequē ti mai⁹ dup. de qua fieri debeat serui. vel ecōuerso tūc vltimū festum habebit vtrasq; ves. nisi in primo sabbato adue. dñi/ in sab. passio. in sab. ramispal. vel in .iiij. fer. ante pasca euenerit. Iste predicte dñice ꝛ cena dñi semper habebunt suas primas vespas. de quocunq; fit seruitiū in die precedenti: et tantū solēnis memo. de festo in his dieb⁹ contingentibus. Et nota q̄ in his festis scilicet principalib⁹ et maioribus. 7.8.9. lec. in cappis sericis legant: tamē in die oim sctoꝝ. 3. prime lec. in cappis sericis legātur. Etiā in his festis thurificāda sunt altaria per ecclesiā similiter in singulis noct. scz ad. 2.5.8. lec. thurificetur altare principale ab aliquo sacerdote in cappa serica / chorus quoq; ab vno solo puero incensetur / sed in tēpore pas. non incensetur altare neq; chorus ad lec. ¶ Maius dup. est scz dies purificatiōis. fest. sctē trini. fes. corporis xpi/ fest. visitatiōis / fes. reliquiaꝝ/ fe. nois iesu/ fest. nat. btē marie/ fest. oim sctoꝝ. ¶ Et nota q̄ si maius dup. in vna die euenerit et minus dup. in die sequēti vel ecōuerso mai⁹ habebit vtrasq; ves: nisi impediat vtē. Etiā si min⁹ dup. vel inferi⁹ dup. inter duo maiora dup. euene. tūc min⁹ dup. vel inferius dup. carebit vtrisq; ves. ¶ Min⁹ dup. est fes. scti stephani: fes. scti iohānis apli: fes. sctorū inno. fes. scti thome mar. dies circūcisionis. fes. annūciationis beate marie/ fer. 2.3.4. ebdomadarū pas. ꝛ pēth. dñica in oct. pas. inuētio sctē cru. natiui. scti iohānis bapti. fes. aploꝝ petri et pauli. trāsla. scti thome trāsfigura. exaltatio sctē crucis cōceptio btē marie. ¶ Et nota q̄ si min⁹ dup. in vna die euene. in die sequē. inferi⁹ dup. vel ecōuerso: vltimū fest. habebit vtrasq; ves. nisi impediat vtē. ¶ Inferius dup. est scz fes. scti andree/ thome apli/ mathie apli/ gregorij pape ꝛ doctoris/ ambrosij epi ꝛ doctoris/ gregorij mar. marci euā. aploꝝ philippi ꝛ iacobi/ augustini anglorū apli/ iacobi apo. bartholomei apo. augustini epi ꝛ docto. mathei apli michaelis arch. hieronimi pbri ꝛ doct. trāsla. s. edwardi/ luce euā. aploꝝ symonis ꝛ iude. Festū s. georgij scdm ꝯstitutio. puin. est maius dup. Et cōsulo vt ita seruet scz ꝯsuetudo hoc nō habebat. ¶ Et nota q̄ mēo. de du. fes. semp erūt solē. ¶ Festū simplex diuidit in Inuit. tripl. ¶ Inui. du. ¶ Inuit. simplex. Inuit. iij. vel de sctis vel de oct. ¶ De sctis sunt scz fe. scti nicholai/ ꝯuersiōis pauli/ cathe. petri/ iohānis ante portā lati. trāsla. scti edmūdi/ barnabe apli/ cōmeo. scti pauli/ marie mag. anne mris mar. ad vincula. s. petri/ scti laurētij. decollatio scti iohānis bapti. michaelis in mōte tūba/ martini epi ꝛ confes. edmundi archiepi. ¶ Et nota q̄ si in ali

[Right margin notes, in order down the page: Principale du. — Nota — Nota — Maius du. — Nota — Minus duplex. — Nota — Inferius dupl. — Nota — Festū simp. diuit. — De sctis. — Nota]

quo sabba. a Dñe ne in ira vsq; ad passionē: vel ab oct. pas. vsq; ad aduen.
dñi vel a scd̃a dñica ad uen. dñi vsq; ad fest. natiuita. aliqd̃ fes. simplex. ix.
vel. iij. l. cũ regimine chori euenerit ves. in sabba. erũt de do. et mẽo. de fe
sto: nisi tale festũ fuerit ꝙ in. 6. fer. pcedẽ. suas primas ves. habere nõ po=
terit: et nisi octa. epy. vel alie octa. cũ regi. chori in sabba. cõtigerint. Etiã
si duplex fes. in sabba. cõtigerit ⁊ fes. simplex. ix. vel. iij. lec. cũ regi. chori:
in. ij. fer. sequẽti: et aliud fes. duplex in. iij. fer. proxima sequẽte tũc in do.
ves. erũt de festo. ix. vel. iij. lec. cum regimi. chori ⁊ sic do. carebit vtrisq;
vesperis Et sic nota ꝙ oẽs sunt dñice ⁊ nõ alia festa que oĩno carẽt vtrisq;
vesperis: nisi qñ festũ simplex. ix. vel. iij. lect. cũ regimine chori inter duo
Nota festa duplicia euenerit. ¶ Et nota ꝙ mẽo. de istis fes. simplicib⁹ inuit. iij
habẽtibus in principalib⁹ et maioribus fes. erũt sub silentio: etiã in mino=
ribus ad. j. ves. sed ad. ij. ves. in minorib⁹ et in inferiorib⁹ ad vtrasq; ves.
De oc. erũt solẽnes. ¶ De octa. vel qñ dies infra oct. sunt cũ regimine chori vel
Qñ qñ dies oct. tm̃ est cũ regimine chori. ¶ Quãdo dies infra octa. sunt cũ re
dies gi. cho. vt sunt iste oct. scz epyphanie: ascensionis: corporis christi: visita
infra tionis/nois iesu: assumptionis: natiuit. marie: dedicatiõis ecclesie: si ex
octa. tra aduẽ. et. lxx. euenerit et festũ loci habet octa. ¶ Et nota ꝙ iste oct. sem
sunt per habebũt. ij. ves. ⁊ tm̃ mẽo. de fest. de do. vel de cõme. in crasti. cõtingẽ.
cũ re. nisi du. fes. in oct. vel in crast. oct. forte ↄtigerit. vel tale fes. ix. vl. iij. le. cũ
chori regi. cho. nisi ĩfra tp̃s pas. euene. ꝙ suas. ij. ves. habere nõ poterit tũc ves.
erũt de fes. ⁊ solẽ. mẽo. de oc. Do. tñ in hoc casu carebit vtrisq; ves. vt tal.
oct. dies vtrasq; habeat. In ipsa tñ oct. die: de fes. iij. l. fiẽt med. lec. si pro
Nota prie habeãt. In do. vero infra oct. nũq̃ fiẽt qñ de oct. fit serui. ¶ Et nota
Qñ ꝙ mẽo. de istis oct. semp erũt solẽ. de quocũq; fit serui. ¶ Qñ tantũ dies
dies oct. est cũ regi. cho. vt sunt oct. scz aplorũ petri et pauli: nisi fes. loci fuerit
tantũ dedica. ecclesie si infra aduẽ. vel. lxx. euenerit. ¶ Et nota ꝙ mẽo. de istis
est cũ oct. in principalib⁹ ⁊ maioribus fes. ad vtrasq; ves. erũt sub silẽtio: etiã in
regi. minorib⁹ ad. j. ves. sed ad. ij. ves. in minorib⁹ ⁊ in inferioribus ad vtrasq;
chori vesp. erunt solẽ. ¶ Inuit. duplex vel cũ regimi. chori: vel sine regi. chori.
Inui. ¶ Cũ regi. chori vel de sanctis: vel de diebus infra oct. cũ regi. chori: vel
dup. de cõmẽo. vel de dñicis. ¶ De sctis nota ꝙ hoc generaliter per totum an
cũ re. nũ obseruet ꝙ qdlibet fes. ix. vl. iij. lec. cũ regi. cho. ad min⁹ habeat vnas
chori. ves. nisi qñ inter duo fes. eue. habebit etiã. ij. ves. nisi impediat per aliud
De sã fes. cũ regi. chori per do. vel per cõmẽo. Et si nõ poterit habere. ij. ves. ha
ctis. beat tamẽ mẽo. nisi ad. j. vesp. in die circũcisionis: quia ibi non fiat aliqua
Nota mẽo. de sctõ siluestro. Et mẽo. de istis fes. fiãt vtz. de fes. inuit. iij. habẽti
de die bus. ¶ De dieb⁹ infra oct. cũ regi. chori nota qdcũq; fes. ix. vel. iij. le. cum
bus ĩr regi. chori infra oct. ante. 7. diẽ euene. totũ seruitiũ erit de fes. ⁊ habebit
vtrasq; ves etiã in sab. ⁊ in do. ⁊ solẽ. mẽo. de oct. ad vtrasq; ves. ad mat.

et ad missam. ¶ Et nota φ mēo. de istis oct. semp erunt solē. de quocunqȝ fra
sit serui. licet festū loci: vel festū dedi. infra oct. eue. ¶ De cōme. nota φ si oc. cū
fiat serui. de aliqua cōmē. i crast. alicui9 scti. 9. vel. 3. l. cū regi. cho. vel alire. co.
cu9 do. vel. erūt de ꝯmē. ⁊ tn̄ mēo. de fes. vl' de do. nisi tale fe. vel do. fue Nota
rit: φ suas primas vel. habere nō poterit: tūc fiat tn̄ mēo. de cōmē. Sciē De cō
dū est etiā φ singulis ebdo. per aduē. nisi in. 3. ebdo. similiter ab oct. epy. mēo=
vsqȝ ad. 4. fer. in capite ieiunij et a do. in albis vsqȝ ad fes. penthe. et a fes. ratio
trini. vsqȝ ad aduē. dn̄i fiat seruitiū de cōme. si tot dies vacauerint in qui= nib9
bus cōme. potest fieri: et si tantū due fer. vacauerint. fiat seruitiū de fes. Nota
loci: et de cōm. btē marie: si aūt tn̄ vna fer. vacaue. tūc fiat de cōme. bea=
te marie. impeditur autē serui. de ꝯmēo. per fes. 9. et. 3. lec. cū regi. chori.
per oct. cū regi. chori per. 2. et. 4. fer. roga. per ppria ℟. et pprias laud.
sctōꝝ: per ieiunia. 4. tpm: per vigi. sctōꝝ φuis de tpali fue. et fiat seruiti.
de sctā maria in sabb. nisi impediat' vtē. Cū autē in sabba. propter pdicta
impedimēta plenū serui. de sctā maria fieri nō poterit: tūc in aliqua alia
fer. ipsius ebdo. vbi cōueniētius possit celebrari celebret'. Regula. 11. mi=
liū virginū patet in die earūdē. ¶ Etiā nota φ si fes. cū regi. chori i aliqua Nota
ebdo. celebre. et i crast. plenū seruitiū de sancta maria fieri debeat: tūc in
ipso festo fiant vespere de sancta maria: nisi duplex festum fuerit vel fes.
cū regi. chori. vnde suas. 1. vel. habere nō poterit: et nisi in oct. cū regimi.
chori / tūc enim fiat mēo. de sctā maria solēniter: et semp cū hac aā. Sub
tuā ptectionē. per aduentū vero cū hoc ℣. Egrediet' virga. Oro. Deus q
de beate. Ab oct. epy. vsqȝ ad puri. cū hoc. ℣. Sctā dei ge. Oro. Deus qui
salutis. In alio tpe anni. ℣. Sancta dei. Oro. Cōcede nos. In cōme. nul=
la fiat mēo. de cruce: nec de oībus sctis: sed de fes. vel oct. sine regi. chori si
ꝯtige. Tamē per aduē. si fiat mēo. de aduē. sed nō de oībus sanctis In tpe
pas. mēo. de resur. sed nō de cruce nec de oibus sctis. ¶ Sciendū est etiā Nota
φ nulla ꝯmē. habebit. 2. vel. nec mēo. i loco. 2. vel. ¶ Etiā nota φ i fes. btē Nota
marie: ⁊ in oct. eiusdē nulla fiat mēo. de cōme. eiusdē in crast. contingēti Nota
similit' fiat de alijs ꝯme. ¶ Et nota φ mēo. de ꝯmē. semp erūt solē. ¶ No Nota
tandū est etiā φ ad missas de cōme. infra. lxx. dicitur seque. et non tr. Et
quādo seque. vel tr. immediate sequit' gradale: tūc nō repetat' gradale.
Etiā in tpe pas. ad mat. de cōmē. d' vna sola. ā. sup tres primos ps. licet
tres ppie ae. habeāt. ¶ De do. vel principaliter priuilegiatis vel maius De
priuile. vel min9 priuilegiatis: vel inferi9 priuilegiatis. De principaliter dn̄i=
priuilegiatis nota φ dn̄ice principaliter priuilegiate sunt. Dn̄ica. 1. aduē. cis
dn̄i: Do. passionis: ⁊ do. in ramis pal. ¶ Quācūqȝ fes. licet principale dupl'. prici,
fue. in his do. euenerit fes. debet differri in crasti. vel vlterius si necesse priui.
fue. ⁊ iste dn̄ice semp habebūt. 1. vel. sed. 2. vel. possunt esse de fes. dup. in
fra pas. vel de fes. simplici. 9. lec. vel de ꝯmē. infra aduē. Et mēo. de istis

De dñicis semp̄ erūt solēnes. ¶ De maius priui. nota ꝙ dñice maius priuile
domi giate sunt dñice. 1. 2. 3. 4. aduē. dñi: et oēs dñice. a. lxx. vsqꝫ ad do. passio.
mai⁹ Iste dñice sunt sic priuilegiate ꝙ si min⁹ dupl̄. vel inferi⁹ dupl̄. in his do.
priui. euenerit fes. debet differri: sed si principale dupl̄. vel min⁹ dupl̄. in his do.
Nota euene. serui. est de fes. et hysto. cātet in. 3. fer. per ebd̄. ¶ Etiā nota ꝙ qd̄
cūqꝫ fes. in. xl. celebrādū ꝯtigerit: nihil de ꝯpl. xl. mutādū est: nisi ꝙ in fes.
De annūciatio. dr̄ in fine hymni. Glia tibi dñe. Si extra passionē euenerit ꝫ
dñici mēo. De istis do. semp̄ erūt solē. ¶ De minus priuilegiatis nota ꝙ domi.
cis mi minus priui. sunt ille do. in quib⁹ inchoāde sunt hysto. scʒ. 1. do. in qua in=
n⁹ pri choāda est hysto. Dñe ne in ira. que do. est sic priuile. ꝙ si fes. simp̄. 9. lc. in
uilegi illa do. euene. et tp̄s breue fuerit scʒ cōtinēs vnā do. tm̄ infra octa. epyp.
atis. et. lxx. fes. 9. lec. debet differri. Tamē si tp̄s plixū fuerit inter do. in qua
inchoanda est hysto. ꝫ. lxx. fes. 9. lec. in eadē do. in qua cōti. celebret. Dñi=
ca etiā minus priuilegiata est do. pxima ante ascē. domini: de qua postea
Similiter oēs iste do. sunt min⁹ priuilegiate: scʒ a Deus oim. vsqꝫ ad ad
uen. dñi: in quib⁹ inchoāde sunt hysto. ꝙ si fes. simp̄. 9. lec. in ipsis do. eue=
nerit: fes. debet differri in crast. nisi ad vincu. s. petri: vel decolla. s. iohan
nis baptiste / vel tale fes. 9. lect. qd̄ crasti. sequit aliud fes. 9. lec. et nisi sint
oct. cū regi. chori. Si vero fes. 9. lec. ꝫ inchoatio hysto. in aliqua do. infra
oct. cū regi. chori ꝯcurrāt: serui. erit de fes. 9. lec. et mēo. de octa. de do. et
de trinitate cū ceteris que pertinēt. Cū itaqꝫ ob aliquā predictarū causa
rū aliqua hysto. in sua do. inchoari nō poterit: tunc per ebd̄. si fer. vacaue=
rint inchoet: ita ꝙ mēo. nō omittant. Si vero nulla fer. vaca. ꝫ hysto. du
ratura fuerit plusq̄ per vnā ebd̄. tunc differat vsqꝫ in pximā dñicā: vel
do. seque. verūtamē si nō fuerit duratura nisi per vnā dñicā tm̄: tūc ex ne
cessitate in mediis fer. per ebd̄. tota cantet hysto. et expositio euāge. ꝫ R.
fer. eo anno nō dicūtur. preter vnū solū R. fer. quod legit in vltima fer.
loco. 9. R. ita ꝙ si aliqd̄ fes. 3. lec. ibidē reperiat: nihil fiat de fes. nisi mēo.
Nota ad ves. et ad matu. de sctā maria. ¶ Et nota ꝙ in oib⁹ sab. per estatē: scʒ a
Deus oim. vsqꝫ ad aduē. dñi fiat pcessio ante crucē: nisi duplex fes. fuerit
et nisi aliqua do. debeat differri pp̄ter plixitatē tp̄is tūc nulla fiat pces.
tm̄ in exalta. sctē crucis fiat pces. ante crucē si in do. ꝯtige. licet dupl̄. festū
fuerit: ꝫ mēo. de istis do. in dupl̄. festis erūt sub silētio: in aliis vero festis
erunt solēnes mēo. Et quotiēs in sab. ad veš. per predictū tp̄s dr̄ mēo. de
do. Similiter fiat mēo. de trini. etiā in fes. oim sctōꝝ / si in sab. vel in do.
Falsi euene. Itē falsi libri habēt nullā mēo. de trinit. in fes. oim sctōꝝ. ¶ De in=
libri. ferius priuile. nota ꝙ do. inferi⁹ priui. sunt oēs alie meā. do. in quib⁹ hy=
De sto. nō sunt inchoāde scʒ dñice inter primā hysto. Dñe ne i ira vsqꝫ ad. lxx
domi si euene. ꝫ oēs meā. do. a Deus oim. vsqꝫ ad aduē. dñi. ¶ Et nota ꝙ mēo.
nicis de istis do. in fes. dupl̄. erūt sub silē. in aliis vero festis erūt solē. ¶ Etiam

nota ꝙ oẽs do. ab oct. pas. vsqꝫ ad ꝓximã do. ante ascen. dñi sunt inferi⁹ inferi-
ꝓiui. quia si fes. 3. lec. cũ regi. chori in ipsis euene. fes. nõ debet differri: tñ us pri
mẽo. de istis do. semꝑ erũt solẽ. ❡ Etiam nota ꝙ si do. ꝓxima ante ascẽ. uilegi
dñi simꝑ. fes. cũ regi. chori eue. differat in. 2. fer. vel in. 3. si. 2. fe. nõ vaca. atis.
a festo cũ regi. chori. Tamẽ si fes. duꝑ. in ꝓxima do. ante ascẽ. dñi euene.
nõ differat. ❡ Et nota ꝙ in oibus sab. ab oct. pas. vsqꝫ ad ascẽ. dñi fiat ꝓ-
cessio ante cru. cũ hac añ. Christus resurgẽs. de quocũqꝫ fit serui. nisi in
die inuentio. sctẽ cru. si in sab. vel in do. euene. ⁊ non fiat aliqua alia mẽo.
de resur. in sabba. ꝙ añ. Christ⁹ resurgẽs. cũ ℣. Dicãt nunc. ❡ Etiã nota
ꝙ qñ fit serui. de aliquo sctõ in do. ab oct. pas. vsqꝫ ad ascẽ. dñi scõm Alia.
ad missam erit vnũ de illis. 9. que intitulãt post oct. pas. ⁊ nõ de do. ❡ Si
ne regi. chori vel de sctis vel de oct. ❡ De sctis vel de nõ ꝯiunctis/vel de Inui
coniũctis. ❡ De nõ coniũctis nota ꝙ de fes. 3. lc. sine regi. chori infra oct. ta. sñ
cũ regi. chori cõtingẽtib⁹ fiat tñ mẽo. nisi sint festa. 9. lec. cõiũcta: tũc fiãt re. c.
medie lc. si ꝓprie habeãt. sin autẽ tñ mẽo. de festo coniũcto: et mẽo. de De s.
istis festis inferiorib⁹ erũt sub silẽtio: in principalibus/maioribus/et minõ cõ-
noribus nihil fiat. ❡ De cõiũctis vel duplicibus vel simplicibus. ❡ De fe iũctis
stis ꝯiunctis/vel festis duplicib⁹ nota ꝙ mẽo. de istis fes. ꝯiũctis semper De
erũt solẽnes. nisi quãdo hmõi duplicia in do. celebrãt: cũ mẽo. de sctis cõ duꝑ.
iũctis erũt sub silen. cũ mẽo. de do. ⁊ de trini. Tamẽ in exal. sctẽ cru. fiat
mẽo. de mar. solẽ. quacũqꝫ die euene. ❡ Etiã nota ꝙ si fes. 9. lec. ꝓpter in
choationẽ hysto. differat in crasti. ⁊ eidẽ festo fes. 3. lec. cõiũ. fuerit: tunc
fes. ꝯiunctũ nõ debet differri: sed in ipsa do. fiat de eo mẽo. ad ves. ad ma.
et ad missam: ⁊ medie lecẽ. si ꝓprie habeantur: nisi tota hysto. cantanda
fuerit. In meõ. vero do. quãdo de do. agit de fes. 3. lec. semp erũt medie
lec. siue ꝓprie habeant: siue non nisi ℟. de. 2. noct. cantãda fuerit ibidem
❡ De simplicibus nota ꝙ mẽo. de istis festis. 3. lec. simplex fes. 9. lec. con De
iũctis in principalibus ⁊ maiorib⁹ erũt sub silen. in minoribus et inferio simꝑ.
ribus erũt solẽnes. Tamẽ si fes. exalta. sctẽ crucis in do. contige. tunc ad
2. ves. fiat mẽo. de sctõ nichomede sub silẽtio cũ mẽo. do. ❡ Dñica de octa. De oc.
nota ꝙ mẽo. de istis octa. sine regi. chori in inferiorib⁹ erũt sub silẽtio in sñ re.
maiorib⁹ ⁊ minoribus nihil fiat. Inui. simꝑ. vel de sctis vel de fer. ❡ De cho. i
sctis vel sine noct. vel cũ noct ❡ De sctis sine noct. nota ꝙ mẽo. de istis fe ui. si.
stis in inferiorib⁹ erũt sub silẽtio: in maiorib⁹ ⁊ minorib⁹ nihil fiat. ❡ De De s.
sctis cũ noc. nota ꝙ quãdo fit seruitiũ de aliquo sctõ. 3. lec. infra. lxx. vsqꝫ sñ no.
ad caput ieiunij fiat cũ noct. ⁊ nulla mẽo. de fer. A. 4. fer. a capite ieiunij De s.
vsqꝫ in crastinũ oct. pas. de hmõi fes. 3. lec. fiat tñ mẽo. ad ves. ⁊ ad matut. cũ no.
de sctã maria: que precedet mẽo. de sctõ spũ. ❡ De ferijs vel pricipaliter De fe.
priuilegiatis: vel maius priuilegiatis/vel minus priuilegiatis/vel infe- De fe.
rius priuilegiatis. ❡ De ferijs principaliter priuile. nota ꝙ iste fer. sunt

princ. principa. priuilegiate scꝫ fer. 4. in capite ieiunij. Feria. 5. 6. ꝛ sab. ante pas.
priui. sabbato ante penthe. quodcūqꝫ vero fes. in his fer. euenerit debet differri
de ma licet fes. loci fuerit: sed si simplex fes. fuerit oīno omittatur nisi in capite ie
iꝰ pri. iunij: tunc enim debet differri in crastī. vel fer. 6. aut sab. ¶ De ferijs ma
uile. ius priuile. nota ꝙ fer. maius priuile. sunt oēs fer. a do. passio. vsqꝫ ad ce-
nā dñi. Iste fer. sunt sic priuile. ꝙ si fes. simplex. 9. lec. in his fer. euenerit
nihil fiat de festo: si vero duplex fes. habebit serui. cum Neuma. et Iesu
de mi christe. ꝛ cū Gloria patri. ¶ De ferijs minꝰ priuilegiatis nota ꝙ fe. minꝰ
nus priui. sunt oēs fe. in. 3. ebd. aduentus dñi oēs fer. a capite ieiunij vsqꝫ ad
priui. dñicam passionis: ꝛ fe. 2. 3. 4. rogationū. Iste fer. sunt sic priuile. ꝙ nihil
fiat de cōme. neqꝫ de fe. 3. lec. nisi tm̄ mēo. ad veš. ꝛ ad mat. de sctā maria.
de in- ¶ De ferijs inferius priuilegi. nota ꝙ ferie inferius priuile. sunt omnes
feriꝰ alie ferie per aduentū. Iste ferie sunt sic priuilegiate et oēs alie ferie pre
priui. cedentes ꝙ fiat solēnis mēo. de fe. de quocūqꝫ fit serui. Tamē iste ferie in
Nota ferius priui. non excludūt cōmēo. ¶ Nota de quocūqꝫ fiet serui. infra ad
uentū fiat solēnis mēo. de sancta maria nisi quādo plenū seruitiū fit de ea
similiter fiat a festo circūcisionis vsqꝫ ad festum purificationis: etiam ab
octaua pasche vsqꝫ ad vigiliam ascensionis fiat solennis memoria de re-
surrectione de quocūqꝫ fit seruitium: nisi in inuentione sancte crucis.

A	1	A	16.13.5.2.
	2	A	18.15.10.7.
	3	A	12.9.4.1.
	4	A	17.14.11.6.3
	5	A	19.8.
B	1	B	16.13.5.2.
	2	B	18.10.7.4.15.
	3	B	17.12.9.1.
	4	B	14.12.6.3.
	5	B	10.8.
C	1	C	19.13.10.5.2.
	2	C	18.15.7.4.
	3	C	17.12.9.1.6.
	4	C	16.19.11.3.
	5	C	8.
D	1	D	16.
	2	D	13.10.5.2.
	3	D	18.15.12.7.4.
	4	D	17.9.6.1.
	5	D	19.11.8.3.14.
E	1	E	16.5.
	2	E	18.13.2.10.
	3	E	15.12.7.4.1.
	4	E	17.1.4.9.6.
	5	E	19.8.3.11.
F	1	F	16.5.
	2	F	18.13.2.10.
	3	F	15.12.7.4.1.
	4	F	14.9.6.3.17.
	5	F	16.11.8.
G	1	G	16.13.5.
	2	G	18.10.7.2.
	3	G	15.12.9.4.
	4	G	17.14.6.3.
	5	G	19.11.8.

¶ Explicit tabula.

Proprium sancto-
rum tempore
hyemali.



1 5 2 5

¶ Incipit proprium de sanctis tempore hyemali. ¶ Sanctorum saturnini et sisinnij martyrum. Oratio.

Deus qui nos beatorũ martyrum tuorũ saturnini / atq; sisinnij concedis natalicijs perfrui: eorum nos tribue meritis adiuvari. Per. Quãcũq; hoc fes. sanctorum saturnini et sisinnij infra advẽ. dñi ↄtige. nihil fiat de fes. nisi tantũ memo. ad vespas ⁊ ad mat. beate marie virginis ante mẽo. de sancto spũ: cum hac. ãn. Gaudent in celis. ℣. Letamini in domino. orõ. vtš.

¶ In vigilia sancti andree apostoli ad vespas sup ps. hec sola. aña.



Unus ex duobus qui secuti sunt dominum erat andreas frater symonis petri alleluya. ps. feriales Et dñr ps. fes. semper ad .j. vespas in oĩbus fes. sctõrũ qñ vna sola ãn. dicer sup ps. Hoc etiã in scdis vespis sctõr observet: nisi in fes. et per oct. btẽ marie: ⁊ nisi i fes. ⁊ i oct. apl'or et evange. et nisi in fes. oĩm sctõr: et reliquiar: et dedica. eccl'ie et sitr per oct. eiusdẽ: et nisi in fes. corporis xpi: ⁊ per oct. eiusdẽ vbi oct. fiunt cũ regie chori: et nisi i fes. sctẽ anne. Ad .ij. veš. cpm. Ad roma. x.

¶ Corde creditr ad iusticiã: ore autẽ ↄfessio fit ad salutẽ. dicit enim scriptura / oĩs qui credit in illũ nõ cõfundetr. ℟. Homo dei. Hy9.

Andrea pie sctõr mitissime obtine nr̃is reatib9 veniã: ⁊ qui gravamur sarcina peccaminũ sublevа tuis intercessiõibus. Annue xpe. ℣. Dilexit andreã dñs. ℟. In odorẽ suavitatis. ã. Ambulãs iesus iuxta mare galilee vidit petrũ ⁊ andreã fratrẽ ei9: ⁊ ait illis: venite post me / faciã vos fieri piscatores hoim. at illi relictis retib9 et navi secuti sunt eũ. ps. Magnificat. Orõ.

Quesum9 oĩps de9: vt beatus andreas apl's tuũ pro nobis imploret auxiliũ: vt a nr̃is reatibus absoluti / etiã a cũctis piculis eruamur. Per. Qñ fes. scti andree apl'i a die dñica differtr in secundã feriã tunc ad .j. veš. dicetur ista Oratio.

Maiestatẽ tuã dñe suppliciter exoram9: vt sicut eccl'ie tue btũs andreas apl's extitit predicator et rector: ita apud te sit pro nobis ppetu9 intercessor. Per. Si hoc fes. ifra advẽ. ↄti. fiat tũc solũ. mẽo. de advẽ. do. ⁊ postea de sctã ma. sive extra advẽ. sive ifra hoc fes. eve: sp fiat pcc. ad .j. veš. p9 oẽs mẽo. q̃ habẽtr ad altare scti ãdree si habeatr: cũ cerofera. ⁊ thur. ↄpuero librũ deferẽte añ sacer. sine cruce cho. seqñte: habitu nõ muta. cãtãdo. ℟. Vir iste. cũ suo ℣. Rectores simul dicant ℣. dum ℣. canitur sacerdos thur. illud altare et postea dicat ℣. In oẽm terrã. Deinde orõ dr sine Dñs vo. sed cũ orone. Maiestatẽ tuam. q̃ sic terminetr per christũ do. no. Nec precedat nec subsequatr. Dñs vobiscũ. nec. Bñdicam9. qñ orõ. Maiestatẽ tuã. dr ad .j. veš. tunc ad pcessio. dr ista orõ Quesumus oĩpotẽs deus. In redeũdo extra advẽ. dicatr. ã. de sctã maria: infra ℣o advẽ. de oĩbus sctis in redeundo. ã. Salvator mundi

lus qui. ps. Deus in no. et ceteri psal
mi de apostolis. cpm. Saul⁹ adhuc.
hy⁹. Exultet. R. Annunciauerunt. añ.
Cum autem complacuit ei qui me segre-
gauit ex vtero matris mee: et vocauit per
gratiam suam vt reuelaret in me filiū suū
in gentibus continuo nō acquieui carni et
sanguini: sed abij ad ātecessores meos apo
stolos. ps. Mag. or̄o. Deus q̄ vniuer.
C Sancti iuliani episcopi et confes
soris. iij. lectiones fiant. Cpm Ec-
ce sacerdos magnus. Oratio.
Deus qui ecclesie tue beatū
iulianū mirabilem tribuisti
doctorē: cōcede ppicius: vt hunc a-
pud te piū semper mereamur habe
re intercessorem. Per dñm nrm.
Ad matut. Inuitato. du. Lectio. j.
Beatus iulianus romana ge
nerositate clarissimus lin-
gua facundus: iusticia insi-
gnis/ merito fidei percelebris. Pri
mus apostolus cenomannice vrbis
est a deo destinatus. Lectio scda.
Hic igitur vir dei cū ad vrbē hanc
accessisset intrepid⁹: et nouitas sctē
predicatiōis multis incredulis ver
teretur in scandalū: nōnullis habe-
batur in derisum/ sed miraculorū po
tētia reddebat attonitos quos ad
audiēdā veritatis viā vetern⁹ et in
nat⁹ error effecerat fastidiosos. L. iij
Per manus vero reuerendi ponti
ficis tāta s operabatur christus vir
tutes/ vt verbo demones effuga-
ret/ leprosos mūdaret/ cūctisq̄ lan
guentibus opē crucis medicamine
largiretur. Cetera oia de cōi vnius
cōfes. et pōti. Si hoc fes. in die do.
cōtige. nihil inde fiat nisi tātū mēo.
siue ante. lxx. eue. siue non. Si qua
uis alia fes. infra. lxx. hoc fes. euen.
fiant mat. cū noc. et inuit. simplici:
et hoc in oibus festis. iij. lc. que in-
fra. lxx. extra sab. euene. obseruet.
C Sancte agnetis secundo ad ves
ãe. et pi fes. cpm. Dñe deus meus.
Hy⁹. Uirginis prol. s. tot⁹ hymn⁹
dicatur R. Diffusa est gratia. añ Beata
agnes. ps. Magnificat. Oratio.
Deus qui nos ānua vtē agne
tis martyris tue solēnitate
letificas: da vt quā veneramur offi
cio: etiam pte cōuersationis sequa-
mur exemplo Per. Mēo. de sancta
maria et de oibus sctis. Si hoc fes.
in sab. ↄtig. nihil fiat de fest. nisi tm̄
mēo. Si vero i aliqua do. ante. lxx.
euene. tūc fiāt medie l. de virgine.
Si autē dñica. lxx. vel. lx. vel. l. hoc
fes. eue. tūc fiat tm̄ de virgine mēo.
tā ad. j. ves. et ad matut. ꝙ ad mis.
Idē modus seruat in oibus festis
iij. lect. ab hac die vsq̄ ad quartam
fer. i capite ieiunij. Ad mat. de sctā
agnete inui. dup. hy⁹. ãe. pi. et. R⁹.
sicut in alio festo dñe. Tamē si ifra
lxx. hoc fes. contige. tūc erit inuita.
simp. scilicet. Regem virginū. ps Ue
nite. hy⁹. Uirginis ples. totus h⁹
dicatur ãe. et pi de noct. illius fes.

V. Diffusa est gratia. Lectio prima.

Christi virgines solā virginem matrē luminū subsequantur Huius pedissequa agnes beatissima magnū de se pudicitie excitauit exemplū: cū virginitatē pretulit vite oēmqꝫ a se amorem terrenū propter amorē celestē expellens tropheum crucis christi arripuit. R. Diem festū. Lectio.ij.

Hec nanqꝫ virgo pudica tā contra libidines / ꝙ etiā vniuersa supplicia poti⁹ fide armata ꝙ ferro fortiter dimicat ⁊ vincit. Aspicit deniqꝫ blādiētem et renuit minantē iudicem nescit aliquid amare quod transit R. Omnipotens adorande. Lectio.iij.

Non autē de elegātia corporis humani placere studebat: quia de feditate aie dn̄o displicere timebat. Discite virgines christi normā puellaris exempli et oblata sub specie pietatis munuscula virorū tota intentione respuite / ⁊ quasi rabidi canis morsus cum oi gaudio recusate. R. Stat a dextris V. Specie tua. In laud. hec sola. ā. Ingressa agnes. p. Dn̄s regna. cp̄m. Dn̄e deus me⁹. hy⁹ ⁊ V. de cōi vni⁹ virgi. ⁊ mar. ā. Cōgaudete. ps. Bn̄dict⁹. ⁊ reqre hāc. ā. in alio fes. q̄ est. v. ā. sup lau. or. Deus qui nos. Mēo. de sctā maria: et de oib⁹ sctis. ¶ Ad .j. añ. Ingressa agnes. ps. De⁹ in no. ¶ Ad. iij. ⁊ ad alias hor. oia fiāt sicut i alio fes. cū or. huius diei p̄ter cp̄z. ¶ Sctē batildis regine cp̄z. Ad chor⁹. Cetera oia de cōi vnius virgi. nō mar. cū ista orone.

Beate batildis natalicia beneranda dn̄e q̄s ecclesia tua devota suscipiat: et fiat magne glorificationis amore deuotior: et tante fidei proficiat exemplo. Per dn̄m. Ad matutinas inuitat. sump. iij. lc. de cōi vnius virginis nō martyris cum orone supradic. sed. iij. R. erit regnū mūdi. ¶ Sctē brigide vir. nō mar. cp. Qui gl'iatur. iij. lc. Oratio

Sancte brigide virginis tue dn̄e q̄s p̄catio tibi grata nos adiuuet: ⁊ tuā nobis indulgētiā poscere non desistat. Per. Lectio .j.

Sancta itaqꝫ brigida quā deus prescivit ad suam ymaginem: et predestinauit de bona ac prudētissima p̄sapia scotica orta: patreqꝫ duphoco: et matre brocca genita: a puericia sua bonarum rerū studijs inoleuit. Electa enim a deo puella moribus sobrietatis ac pudicitie plena: i meliora semper crescebat. Lectio secunda.

Trāsmissa a matre vt de lacte vaccarum sicut alie femine butyrū congregaret: totum pauperibus erogauit. Et cum cetere fructū vaccarum collectum reddidissēt: ipsa flāma dei accensa ad dn̄m se conuertit Deus autē pro sua virgine butyrū restituit affluenter. Lectio tertia.

Deniqꝫ cū parentes eius eā despōsare volebant: ipsa castitatem elegit: et corā sctissimo episcopo votū emittens fundamentū ligneū quo altare fulciebatur manu tetigit: qd̄ lignū in ꝯmemorationē pristine virtutis vsqꝫ ad presens tēpus viride acsi nō esset excisum et decorticatū sed in radicibus fixū virescit et languidos curat vsqꝫ in hodiernū diē.

Cetera de cõi vnius virgi. nõ mar.



¶ In purificatiõe btẽ marie virginis. Ad .j. vesp. ã. O admirabile. ps. Dixit dñs. ã. Quũ natus. ps. Cõfitebor. ã. Rubum quẽ viderat. ps. Beatus vir. ã. Germinauit. ps. De profundis. ã. Magnũ hereditatis mysteriũ tẽplum dei factus est vterus nesciens virum non est pollutus ex ea carnẽ assumens omnes gentes venient dicentes gloria tibi domine. ps. Memẽto. Cpm

Malac. 3. A

Ecce ego mitto angelũ meum qui preparabit viam ante faciem meã: et statim veniet ad templũ sanctũ suũ dominator dñs/ quẽ vos queritis: et angelus testamenti quem vos vultis. R. Videre miraculũ matris dñi: concepit virgo virilis ignara consortij. Stãs onerata nobili onere maria. Et matrẽ se letã cognoscit que se nescit vxorẽ. V. Hec speciosã forma pre filijs hominũ castis concepit visceribus: et benedicta in eternũ deũ nobis protulit et hominẽ. Stans. Gloria. Et matrẽ. hy.

Quod chorus vatum venerãdus olim/ spiritu sancto cecinit repletus: in dei factum genitrice constat esse maria.

Hec deum celi dñmqz terre virgo concepit peperitqz virgo/ atqz post partum meruit manere inuiolata.

Quẽ senex iust9 symeõ in vlnis in domo sumpsit dñi gauisus ob quod optatũ meruit videre lumine christũ

Tu libẽs votis petimus precantũ regis eterni genitrix faueto claraqz celsi renitẽs olimpi regna petisti

Sit deo nostro decus et potestas/ sit salus perpes sit honor perennis qui summa celi residet in arce trin9 et vnus. Amen. V. Responsum accepit symeon a spiritu sancto. R. Non visurum se mortem nisi prius videret christũ domini. ãn. Homo erat in hierusalẽ cui nomẽ symeon: iste homo iustus et timoratus expectabat redẽptionẽ israel et spiritus sanctus erat in eo. ps. Magnificat. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus maiestatẽ tuã supplices exoram9: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cũ nostre carnis substantia in templo est presentat9: ita nos facias purificatis tibi mẽtibus presentari. Per eundem. Ad cõpl. ãn. Virgo verbo cõcepit virgo permansit virgo peperit regem oim regum. ps. Cũ inuocarẽ. cpm. Tu in nobis. hy. Saluator mundi. V. Custodi nos. ã. Glorificam9 te dei genitrix quia ex te natus est christus: salua omnes qui te glorificant. ps. Nũc dimit. Hec. ã. dicat super ps. Nũc dimit. et in oĩbus fes. et per octa. beate marie/ et in cõmẽo. eius dẽ per totũ annũ nisi in aduen. dñi et in ãnũciatione etiã et in tpe pasc. Ad matut. inuitat. Ecce venit ad templũ sanctũ suũ dominator dominus. Gaude et letare syon occurrẽs deo tuo. ps. Venite. hy9 Quẽ terra. ¶ In .j. noct. ãn. Specialis virgo inter agmina virginũ gaude munere magnifico que sola regẽ regũ ferre maria digna fuisti casta intra viscera quo minoratus paululũ ab angelis est deitate qui patri consimilis. ps. Dñe dñs noster. ã. Celi reginã maria te iure fatemur ex cui9 thalamo processit iusticie sol. ps. Celi enar. ã. Virgo creatoris celorũ mater et orbis innocuis manib9

mundo quoqz corde beato rite dei pinguē
meruisti scandere montē. ℣. Dñi est ter
ra ℟. Sancta dei genitrix. Lectio .j.

Exultent virgines quia vir
go maria peperit christum
Nil in ea qd vouit putent
exterminatum / mansit virgo post
partum. Exultent vidue: infantem
christum vidua anna cognouit. Ex
ultent coniugate nasciturum chri
stū elizabeth nupta ꝓphetauit Nul
lus grad⁹ pretermissus est: de quo
non haberet testimoniū salus om=
niū. Tu. ℟. Adorna thalamū tuū syon
1 et suscipe regē christū. Quem virgo cōce=
pit virgo peperit virgo post partum quē
genuit adorauit. ℣. Accipiēs symeon pue
rū in manibus gratias agēs benedixit do
minum. Quem. Lectio secunda.

Nūquid enim sole virgines ad re
gnum celorum peruenitūt? Perue=
niunt et vidue. Sancta anna a vir
ginitate sua vixerat cū viro suo se=
ptē annis. Quo defuncto vsqz ad
senilem etatem peruenerat: et in se
nectute sancta expectabat infantiā
saluatoris vt paruū videret anno=
sa/paruū cognosceret annicula: in=
trantem in mundum saluatorē vi=
deret itura. ℟. Postqz ipleti sunt dies
2 purgationis eius secundū legem moysi tu
lerunt iesum in hierusalem vt sisterent eū
dño sicut scriptū est in lege domini. Quia
omne masculinū adaperiens vuluam san
ctum domino vocabitur. ℣. Obtulerunt
pro eo domino par turturū aut duos pul
los columbarū. Quia omne. Lectio .iij.

In masculino sexu fratres tria ip
sa genera cōmēdata sunt. Ipse chri
stus puer natus est Exultent pueri
continentiam vouentes puero. Ip
se vero integritatē puericie cōsecra
uit: qui sue matri fecunditatē attu
lit/virginitatem non abstulit. Sy
meon vero ille senex diu vixerat: cu
ius etas comparatur anne et audie
rat responsum qꝫ non esset visurus
mortem / nisi videret christum dñi.
℟. Obtulerunt pro eo dño par turturū 3
aut duos pullos colūbarū. Sicut scriptū
est i lege dñi. ℣. Postqz ipleti sūt dies pur
gationis marie tulerunt iesum in hierusa
lem vt sisterent eū domino. Sicut. ¶ In
ij. noc. a. Gratia celestis reparatrix toti
us orbis: diffusa est labijs virgo maria
tuis propterea regum rex te benedixit in
euum et facit a dextris casta sedere suis: au
rea quā fuluo vestis circūdata limbo am
bit et exornat riteqz condecorat. ℣. Eru=
ctauit. a. Sanctificās dñs templū chri=
stus sibi dignū virgine matre salus descen
dit ab arce polorū cuncte: cui gentes terre
simul omnia regna gaude dei genitrix di=
cūt z kyria chere. ps. Deus nr̄ refu. a.
Aula maria dei castiqz tituliqz pudoris por
ta syon rutilis semper fundata saphiris:
que sola ex cunctis placuisti casta tonanti:
suscipe seruorum miserās pia vota tuorū
ps. Fundamēta. ℣. Post partū. ec. iij.

Intelligite fratres quale de=
siderium habebant antiqui san
cti videre christum. Sciebāt illum
esse venturū: z omnes qui pie viue
bant: quotidie in orationib⁹ suis di
cebant. O si me hic inueniat ista na
tiuitas. O si quod credo in dei scri=
pturis videā oculis meis. ℟. Syme
on iustus z timorat⁹ expectabat redēptio 4
nem israel. Et spiritus sanctus erat in eo.
℣. Responsum accepit symeon a spiritu

sancto non visurū se mortē: nisi videret
christū domini Et spi. Lectio quinta.
Et vt noueritis fratres xp̄m de
sideriū habebāt sancti qui nouerāt
de scripturis virginem pariturā si
cut audistis cū isayas propheta le-
geretur. Ecce virgo cōcipiet et pa-
riet filium et vocabitur nomē eius
emanuel. Emanuel quid sit euāge-
lista nobis aperuit dicens: quod in
5 terpretatur nobiscum deus. ℟. Re
spōsum accepit symeon a spiritu sancto:
non visurum se mortem nisi videret chri-
stum domini / et benedixit deum et dixit.
Nunc dimittis seruum tuum in pace / quia
viderunt oculi mei salutare tuum domine
℣. Cū inducerent puerum iesum paren-
tes eius vt facerent secundū consuetudi-
nē legis pro eo / et ipse accepit cū in vlnas
suas et dixit Nunc dimit. Lectio. vj.
Nō tibi ergo sit quecūq; infidelis
aīa mirū: et non videatur impossibi
le vt virgo pareret / virgoq; pariēs
permaneret. Intellige natū dn̄m:
et non mireris virginis partū. Ut
ergo noueritis antiquos sanctos ⁊
iustos optasse videre qd̄ concessum
est huic seni symeoni ipse dominus
noster iesus christus ad discipulos
loquēs ait. Multi iusti et prophete
voluerūt videre que vos videtis ⁊
nō viderunt: et audire que vos au-
6 ditis ⁊ nō audierūt. ℟. Videre mira-
culū. vt s̄ ad. j. ves̄. ℣. Virgo concepit ⁊
virgo peperit: ⁊ post partū virgo permā
sit. Aue. Glīa. Aue. In. iij. noct. ān
Psallite cantantes dn̄o noua cantica chri-
sto omnis et illius nomen benedicite tell⁹
mundo virginea quem florem protulit al
mus. ps Cantate. j. ān. Exultet tellus
letentur ⁊ insule christo regnanti dauitico
germine: quem virgo sacra puritatis gre
mio prolatum mūdo edidit castissima ma-
ria cuius celebrans solēnia plebs venera-
tur vbiq; fidelium. ps. Dn̄s reg. ex. ān
Aue o theotocos virgo maria q̄ trinā mū-
di regētē machinā filiū protulisti hinc rite
exaltata supra sydera laudaris p scl̄a. ps
Cātate. ij. ān. Speciosa. Scd̄m Lucā
In illo tp̄e. Postq̄ ipleti sunt
dies purgationis marie secū
dum legem moysi / tulerunt iesum
in hierusalē vt sisterent eum dn̄o si
cut scriptū est in lege domini / quia
omne masculinum ad aperiens vul
uam sanctū dn̄o vocabitur. Et rel.
Omelia venerā. bede pbr̄i. Lec. vij
Solennitatē nobis hodierne cele-
britatis: quā quadragesimo dn̄ice
natiuitatis die debitis veneramur
officijs: maxime eiusdē dn̄i ac salua
toris nostri simul et itemerate ge-
nitricis ei⁹ humilitate dedicatā sa
cra euāgelij lectio designat. Expo-
nēs eos qui nihil legi debebant im-
plēdis legalibus per oīa se subdidis
se decretis: sicut modo cū legeret
audiuimus. Postq̄ ipleti sunt dies
purgatiōis videlicet matris illius
secundū legē moysi: tulerunt illum
in hierusalē vt sisterent eum dn̄o: si
cut scriptum est in lege domini / q̄a
omne masculinum ad aperiens vul
uam sanctū domino vocabitur. ℟.
Cum inducerent puerum iesum parentes
eius accepit eum symeon in vlnas suas et
benedixit deum ⁊ dixit. Nunc dimittis do
mine seruum tuum in pace. ℣. Suscipiēs
symeon puerum in manibus suis exclama
uit dicens. Nunc dimit. Lectio octaua.

Precepit nanqꝫ lex vt mulier que suscepto semine peperisset filiũ: immũda esset septẽ diebus et in octaua circuncideretur infantulus: nomenqꝫ ei aptarent. Et vt darẽt hostiã solemnẽ secundũ ꝙ dictũ est in lege domini: par turturũ aut duos pullos columbarum. Hec autẽ hostia pauperum erat. ℟. Suscipiens iesum in vlnas suas symeon exclamauit ⁊ dixit. Tu es vere lumen ad illuminationem gentium ⁊ gloriã plebis tue israel. ℣. Symeon in manibus infirmitatẽ accepit: sed maiestatẽ intus agnouit: et dixit. Tu es vere lumen ad illumina. Lectio nona.

Precepit quippe dominus in lege: vt qui possent agnum pro filio vel filia simul: et turturem siue columbã offerrent. Qui vero non sufficerẽt ad offerendũ agnum duos iam turtures vel duos colũbe pullos offerrent. Ergo dominus noster per omnia memor nostre salutis: non solũ homo fieri cum deus esset: sed etiã cum diues esset: pauper fieri dignatus est pro nobis vt nos sua paupertate simul et humanitate diuitiarũ et diuinitatis sue tribueret esse participes. ℟. Gaude maria virgo cũctas hereses sola interemisti que gabrielis archangeli dictis credidisti. Dũ virgo deũ et hominẽ genuisti. Et post partũ virgo inuiolata permansisti. ℣. Gabrielẽ archangelũ scimus diuinitus te esse affatum vterum tuum de spiritusancto credimus impregnatum: erubescat iudeus infelix qui dicit christum ex ioseph semine esse natum Dũ Gloria. Et post. ℣. Responsum accepit symeon a spiritusancto. ℟. Non visurum se mortẽ nisi videret christũ domini

¶ In laudibus. Antiphona.

Symeon iustus et timoratus expectabat redẽptionẽ israel: et spiritus sanctus erat in eo. ps. Dñs regnauit. añ. Responsum accepit symeon a spiritu sancto non visurum se mortẽ nisi videret dominũ. ps Jubilate. añ. Accipiens symeon puerũ in manibus gratias agens benedixit dominũ. ps. Deus deus meus. añ. Nũc dimittis domine seruũ tuũ in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuũ. ps Benedicite. a. Viderunt oculi mei salutare tuũ quod parasti ante faciẽ omniũ populorũ. ps. Laudate. cpm. Ecce ego mitto. hy. O gloriosa femina. ℣. Suscepimus deus misericordiã tuam ℟. In medio tẽpli tui. a. Senex puerum portabat/puer autẽ senẽ regebat: quẽ virgo peperit: ⁊ post partũ virgo permansit ipsum quẽ genuit adorauit. ps. Bñdictus or. Oẽs sempiterne de. ¶ Ad. i. a. Symeõ iustus. ps. Deus in no. a. Gratias tibi. ps Quicũqꝫ. ¶ Ad. iij. a. Responsum. ps. Legẽ pone. cpz. Ecce ego mitto. ℟. Sctã dei genitrix Virgo semper maria. ℣. Intercede pro nobis ad dominũ deũ nostrũ. Virgo. Gloria. Sãcta. ℣. Post partũ. oro. Oẽs sempiterne deus. ¶ Ad. vi. a. Accipiens. ps. Defecit. Capitulum Malachie tertio.

Ipse enim quasi ignis cõflãs et quasi herba fullonũ/et sedebit conflans et emundãs argentum: ⁊ purgabit filios leui. ℟. Post partũ virgo. ℣. Speciosa facta. Oratio. Oẽs sempiterne de. ¶ Ad. ix. a. Viderũt oculi. ps. Mirabilia. Capitulũ

Et conflabit ea quasi aurum et quasi argentũ/et erunt domino offerẽtes sacrificia in iustitia

℟. Speciosa facta ℣. Elegit eã. Orõ.
Oĩps sempiterne de⁹. Ad .ij. veš
añ. Symeõ ꝯt sicut ad .j. veš. cpʒ. Ec
ce ego mitto. Hoc mõ dicat. ℟. Gau
de gaude gaude maria. Cho. ꝓsequat
℟. ℣. Gabrielẽ. Cho. Dũ virgo deũ et
hoĩem genuisti. Et post partũ vgo. Non
dicat vlteri⁹: sed statim incipiat ꝓ
sa Inuiolata. Choro interim sedẽte et
cantũ ꝓse respõdẽte sup hãc litte-
ram I post vnumquẽqʒ ℣. Prosa.

Inuiolata integra et casta es maria
Que es effecta fulgida celi porta
O mater alma christi carissima.
Suscipe laudum pia preconia.
Nostra vt pura pectora sint et corpora.
Que nũc flagitãt deuota voxqʒ et corda
Tu da per peccata dulcissona.
Nobis perpetua frui vita.
O benigna: q̃ sola inuiolata permãsisti.

Gloria. Et post partum. Deinde cãte
tur pro hym. Quod chor⁹. Sequẽ
tia. Letabũdus. Et hoc quãdo hoc
fes. in. lxx. euene. aliter nõ. Tamen
si hoc festũ infra. lxx. euenerit dica-
tur hymnus. Qui gloriatur. Et di-
citur in fine huius sequẽtie. Amen.

Letabundus exultet fidelis
chorus alla.
Regem regũ intacte profudit tho
rus: res miranda.
Angelus consilij / natus est de vir
gine: sol de stella.
Sol occasum nesciens / stella sem-
per rutilans: semper clara.
Sicut sydus radium / profert vir
go filium pari forma.
Neqʒ sydus radio / neqʒ mater fi-
lio: fit corrupta.
Cedrus alta libani / conformatur
ysopo: valle nostra.
Verbum ens altissimi corporari
passum est: carne sumpta.
Esaias cecinit synagoga meminit
nunq̃ tamen desinit esse ceca.
Si non suis vatibus credat vel gẽ
tilib⁹: sibilinis versib⁹ hec predicta
Infelix propera.
Crede vel vetera.
Cur damnaberis gens misera.
Quem docet littera.
Natum considera.
Ipsum genuit puerpera. Amen.

℣. Suscepimus de⁹. In. Cũ iducerẽt pue
rũ iesum parẽtes ei⁹ accepit eũ symeon in
vlnas suas et benedixit deũ dicẽs: nũc di-
mittis dñe seruũ tuũ in pace. ps. Mag.
Orõ. Oĩps sempiterne de⁹. Nulla
fiat meõ. de sctõ blasio epo in audi-
entia nec sub silẽtio: licet ad has ve
spas faciẽda fuerit solẽnis meõ. de
do. lxx. lx. vł. l. Si do. lxx. hac die cõ
tigerit totũ fiat serui. de festo sine
Alla. et Te deũ. Et fiat solẽnis me-
mo. de do. ad vtrasqʒ veš. et ad ma
tut. et ad mis. et hy⁹. de. lxx. p ebd.
cãtet: scʒ. in. ij. v. et. vj. fer. nihil fiat
de sctis p̃ter meõ. ad veš. et ad ma
tu. de sctã maria q̃ p̃ce. meõ. de sctõ
spũ. Simił fiat. si hoc festũ in do. lx.
cõtige. Si ꝟo in do. l. hoc fes. eue.
hysto. do. simił per ebd. dicat videlʒ
in. ij. et. vj. fer. et sab. et tũc nihil fi-
at de sctõ blasio epo: nisi tñ meõ. ad
mat. de. s. maria q̃ p̃ce. meõ. de sctõ
spũ. Si ꝟo hoc fes. in ꝓrio sab. ãte
lxx. eue. scde ves. de fes. erunt et so-
lẽnis meõ. de do. lxx. scʒ sine. Alla.
¶ Sancti blasij episcopi et marty-
ris. Cõm. Omnis pontifex. Orõ.

Beatus martyr tuus blasius domine nobis mie tue imploret auxiliū: vt cuius festa celebramus/ ei⁹ apud te patrocinia sentiamus. Per. Ad mat. iij. lec. Inuita dupl'. si hoc fes. ãte. lxx. eue. Lec. j

Beatus blasius toto tẽpore vite sue mitis degebat purus: innocens/ deū colens/ verax/ mansuetus / ab omni opere prauo se abstinẽs. Audiẽtes igitur irreprehensibilem eius vitã hi qui in sebasta capadocie ciuitate fideles existebant: elegerunt illum sibi in episcopum. Ipse vero pergens ad montẽ qui vocatur argei: habitauit ibi in quadam speluñca / et currebãt ad eum agrestes fere.. Lectio scda

Et si forte cõtigisset eas quocūq3 dolore teneri quedã ex eis tanq̄ in intellectu: ad eundẽ sanctū currebant in speluncã / et ante q̄ imponeret manus benedicens eis nõ recedebant ab eo. In illis itaq3 diebus: iussit agricolaus preses cõgregari agrestes feras. Egredientes autẽ ferarū cõprehensores: inuenerunt sanctū virū in speluñca orantẽ: & hoc nunciauerunt agricolao/ qui iussit eum sibi presentari. Lectio tertia

Presentatoq3 dixit preses: blasi sacrifica dijs/ vel vis perire. Quod cū rẽnuisset in ligno suspẽsus est. Depositusq3 de ligno/ capite trũcari iubetur. Tũc sanctus blasius orauit dicẽs. Deus exaudi me seruū tuū: vt si quis procidens adorauerit te memoriam habẽs mei / si spina vel os in gutture eius fuerit: vel si infirmitates/ tribulationẽ/ vel periculū inciderit: suscipe peto petitionẽ ei⁹. Dixitq3 dñs. Omnẽ petitionẽ tuã adimplebo. Quo facto: mox spiculator caput eius cū duob⁹ puerulis ãputauit. Cetera de cõi vni⁹ mar. & põti. cū orone diei: & cetera.

¶ Sãcte agathe virginis & martyris sup ps añ Hec est virgo prudens. ps fer. cpm Cõfitebor tibi. ℟ Beata agatha. hy⁹ Uirginis ples. ℣ Diffusa. ã Agatha virgo sacra nobili orta genere gloriosam propter christum pertulit passionem.. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriã martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beate agathe martyris tue natalicia colimus: per eius ad te exẽpla gradiamur. Per. Ad matu. inui. Christum venerãtes deū adoremus regẽ regū. Qui in celis agathe palmam hodie dedit eternam.. ps Uenite. hy⁹ Uirginis proles. ¶ In. j.. noct. añ. Beata agatha quinciano interroganti respõdit: ingenua sum et spectabilis genere: vt omnis parẽtela mea testatur.. ps Dñe dñs noster añ Ancilla christi sum ideo me ostẽde seruilem personã.. ps. Celi enar. añ. Sūma ingenuitas ista est: in qua seruitꝰ christi cõprobat'.. ps. Dñi est ter.. ℣. Diffusa est gr̃a in labijs tuis.. ℟ Propterea. L. j.

Quincianus procõsul sicilie audiens sctẽ agathe opinionẽ: fecit eã a suis apparitorib⁹ coartari. Deditq3 eã cuidã matrone noie affrodosia: que habebat nouẽ filias turpissimas sicut fuerat & mater earū. Hoc autẽ fecit per triginta dies: vt blandiẽdo mutarent

animū eius. ℞. Agatha letissime ꝛ glo
1 rianter ibat ad carcerem. Et quasi ad epu
las inuitata: agonem suū domino precib⁹
cōmendabat. ℣. Nobilissimis orta natali-
bus: ab ignobili gaudens trahebat ad car
cerē. Et quasi ad epulas. Lectio secūda

MOdo igitur promittendo le
ta: modo ingerēdo aspera/
putabāt se posse mentē sanctā a bo-
no proposito reuocare. Quib⁹ aga
tha dixit. Mens mea in christo soli-
data est et in christo fundata: vētis
verborū vestrorū cadere nō potest.
℞. Dū ingrederetur beata agatha in car-
2 cerē: dixit ad iudicē. Impie crudelis ꝛ dire
tyranne nō es confusus amputare in femi-
na quod ipse in matre suxisti ℣. Ego enim
habeo mām̄illas meas integras intus in
anima mea quas ab infantia domino mise
ricorditer cōsecraui. Impie. Lectio. iij.

VIdens hoc affrodosia dixit
ad quincianū. Facilius pos
sunt saxa molliri: et ferrū in plūbū
cōuerti: ꝙ mens huius puelle ab in
tētione christiana reuocari. Irat⁹
quincianus: iussit eā ad secretariū
suum adduci/ et dixit ei. Cuius con
ditionis es. Que ait. Nō solū inge
nua sum/ sed et spectabilis genere:
vt omnis parentela mea testatur.
3 ℞. Beata agatha ingressa carcerē; expā
dit manus suas ad deū/ ꝛ dixit: dn̄e qui me
fecisti vincere tormēta carnificū. Iube me
dn̄e ad tuā m̄iam peruenire. ℣. Dn̄e qui
me creasti et tulisti a me amorē huius secu
li qui corpus meum a pollutione liberasti.
Iube. Gloria. Iube. ¶ In. ij. noct. an.
Agatha sancta dixit: si feras mihi promit
tas/ audito christi nomine mansuescūt. ℣.
Eructauit. an. Si ignem adhibeas: rorē
mihi salutiferū: de celo angeli ministrabūt.
ps. Deus noster refu. an. Si plagas ꝛ
verbera ingesseris mihi: habeo intra me
spiritum sanctum per quem vniuersa tua
tormenta despiciam. ps. Fundamenta
℣. Specie tua et pulchritu. Lectio. iiij.

QUincianus ait. Si ingenua
es: quō te seruilē personam
ostēdis. Que ait. Sūma ingenui-
tas ista est: in qua seruit⁹ christi cō
probat. Quincianus ait. Vnū tibi
elige aut diuersas penas quasi stul
ta incurre: aut sapiens deos adora
℞. Quis es tu q̄ venisti ad me curare vul
nera mea ego sum apostol⁹ xp̄i nihil in me 4
dubites filia. Ipse me misit ad te: quē dile
xisti mēte ꝛ puro corde. ℣. Nam ꝛ ego apo
stolus ei⁹ sum/ ꝛ noui medicinā. Ipse. L. v.

SAncta virgo respōdit. Nisi
diligēter perfeceris corpus
meū a carnificib⁹ attrectari: nō po-
test aia mea in paradisum introire
cū palma martyrij. Tunc procōsul
iussit mām̄illā eius diu tortā abscin
di. Que ait. Impie/ crudelis ꝛ dire
tyrāne: non es confusus hoc ampu-
tare in femina qđ ipse in matre suxi
sti. ℞. Medicinam carnalē corpori meo 5
nunq̄ exhibui/ sed habeo dominū meū ie-
sum christū. Qui solo sermone restaurat
vniuersa. ℣. Et ipse me misit ad te nam et
ego apostolus eius sum. Qui. Lectio. vj

IRatus quincianus/ iussit eā
in carcerē iterū recludi. Me
dia nocte venit ad eam quidā senex
qui se medicū asserebat dicēs Noui
quia mām̄illa tua sanitatem recipe
re poterit. Cui virgo. Medicinam
carnalē nunq̄ corpori meo exhibui
ꝛ turpe est qđ diu ab ineūte etate cō

seruaui: nunc perdā. ℟. Vidisti domi
6 ne et expectasti agonē meū quomodo pu-
gnaui in stadio: sed quia nolui obedire mā
datis principū. Iussa sum in māmillis tor
queri. ℣. Propter veritatem ꝛ mansuetu
dinem et iusticiam. Iussa. Gloria. Iussa.
¶ In. iij. noc. aῆ Nisi diligenter perfe
ceris corpus meū a carnificib⁹ attrectari
nō potest aīa mea in paradisum dn̄i cū pal
ma introire martyrij. ps. Cantate. i. aῆ
Vidisti domine agonē meū quomodo pu-
gnaui in stadio: sed quia nolui obedire mā
datis principū / iussa sum in māmillis tor-
queri. ps. Dn̄s reg. exul. aῆ. Propter fi
dem castitatis iussa sum suspendi in equu-
leo: adiuua me domine deus meus in tor
tura māmillarū mearū. ps. Cātate. ij.
℣. Adiuuabit. sine expositione. L. vij.
DIcit illi senioꝛ. Quare non
permittis vt curē te? Que
dixit Quia habeo saluatoꝛem meū
iesum xp̄m q̄ solo sermōe restaurat
oīa. Ad quā senioꝛ. Et ego apostol⁹
eius sum in noīe eius scias te esse sa
nandā: ꝛ his dictis / euanuit senioꝛ.
Virgo deo gratias agēs: post quat
tuoꝛ dies adducta dijs sacrificare
iubetur. Que ait Chꝛisto sacrifico:
quē inuocare nō cesso. ℟. Ipse me co
ronauit qui per apostolū petrum in custo
7 dia me confoꝛtauit: pro eo q̄ iussa sum sus
pēdi in equuleo ꝑpter fidē castitatis. Ad-
iuua me dn̄e deus meus in tortura mam-
millarū mearū. ℣. Vidisti dn̄e agonē me
um quomodo pugnaui in stadio: sed q̄a no
lui obedire mādatis principū iussa sum in
mammillis torqueri. Adiuua. Lec. viij.
QVincianus iratus: fecit san
ctā virginē nudam super vi
uos carbones volutari. Et subito
ꝯmoto loco pars parietis cecidit: et
tota ciuitas terremotu agitata est
Quo viso iudex seditionē populi cō
moti verēs: iussit eā in carcerē reci
pi. Ipse autē per posternā secreta-
rij fugit. ℟. Ego autē adiuta a dn̄o per 8
seuerabo in cōfessione eius. Qui me saluā
fecit / et cōsolatus est me. ℣. Gratias tibi
ago domine iesu christe / qui misisti ad me
apostolū tuum. Qui me. Lectio nona.
SAncta virgo dei in carcerē
iterū ingressa / gratias deo
agens coꝛam multis. cū ingenti vo-
ce spiritū exalauit. Ad cuius sepul-
turam venit puer / quem sequeba-
tur plusq̄ centum pueri oꝛnati: po
nēs ad caput eius tabulā sic scriptā.
Mentem sanctam: spontaneam ho
noꝛem deo / et patrie liberationem.
Cuius breuicule sensus hic est. Hec
virgo mentem sanctā habuit / spon
taneam se obtulit / honoꝛem deo ex
hibuit / et patrie liberationē pꝛome
ruit. Post annum mōs ethneus in
cendium eructauit / ꝛ sicut fluuius
toꝛrens / ignis ciuitati pꝛoperauit.
Sed velo sepulchꝛi virginis oppo-
sito diuinitus stetit ignis / meritis
ẜginis gloꝛiose. ℟. Gaudeamus om 9
nes in domino diē festū celebrātes sub ho
nore agathe martyris. De cuius passione
gaudent angeli et gratulantur laudantes
filium dei. ℣. Immaculatus dn̄s / immacu
latam sibi famulā: etiam in hoc fragili cor
pore positam misericorditer consecrauit.
De cu. Gloria. Et gra. ℣. Ora pro nobis
btā agatha. ℟. Vt digni. ¶ In lau. ā.
Quis es tu qui venisti ad me curare vul 1
nera mea ego sum apostolus christi nihil
in me dubites filia. ps. Dn̄s regna. ā

2 Medicinam carnalē corpori meo nūq̄ ex
hibui: sed habeo dominū iesum christum:
qui solo sermone restaurat vniuersa. ps.
Jubilate. aħ. Gratias tibi ago domine
quia memor es mei/ et misisti ad me apo-
stolum tuum curare vulnera mea. ps. De
4 us deus meus. aħ. Benedico te pater
domini mei iesu christi: quia per apostolū
tuū mamillā meā pectori meo restituisti.
5 ps. Benedicite. aħ. Qui me dignatus est
ab omni plaga curare: et mamillam meā
meo pectori restituere ipsum inuoco deū
viuū. ps. Laudate. cpm. Cōfitebor
tibi. hy9. Jesu corona. v. Adducentur.
aħ. Paganorum multitudo fugiens ad se
pulchrū virginis tulerunt velū eius con-
tra ignē vt cōprobaret dominus: q a pe-
riculis incendij meritis agathe martyris
sue eos liberaret. ps. Benedictus. oro.
Deus qui inter ce. ¶ Ad. i. aħ. Quis
es tu. ps. Deus in no. aħ. Te inuo. ps.
Quicunqꝫ. ¶ Ad. iij. aħ. Medicinam
ps. Legē po. cpm R. ⁊ v. vnius vir
ginis ⁊ mar. dicūt. ¶ Ad. vj. aħ. Gra
tias ago. ps. Defecit. ¶ Ad. ix. aħ. Qui
me dignatus. ps. Mirabilia. Ad. ves.
pi fer. aħ. Quis es tu. Cpm vts. hy9.
Jesu corona. v. Adducentur. aħ. Agatha
letissime et glorianter ibat ad carcerem et
quasi ad epulas inuitata: agonē suū dño
precibus cōmēdabat. ps. Mag. oro. De
us qui inter ce. ¶ Sctoꝝ vedasti ⁊
amandi epoꝝ et ꝯfesso. iij. l. Oro.

Adesto dñe populo tuo cum
sanctorū cōfessorū tuorum
atqꝫ pōtificum vedasti/ et amandi
tibi patrocinio supplicāti: vt quod
propria fiducia nō presumit: inter-
cessorū tibi placentiū meritis cōse-
quat. Per. Ad mat. inui. simp. lc. i.

Amandus igitur sctissimus
in aquitanie partibus edi-
tus multa loca oratiōis cau
sa perlustrans/ et iterum a roma se
cundo rediens: tandē ascensa naui:
ad centūcellensem peruenit. Qua-
dam igitur nocte dum solus vt illi
mos erat oraret: diabolus vnū de
famulis trahebat ad mare: vt eū de
mergeret. At ille clamabat Christe
adiuua me. Cui dyabolus. Qualis
christus? Quo nō respondente: ait
sanct9 amād9. Dic illi fili. Christus
fili9 dei viui crucifixus. Et statim
euanuit inimicus. Lectio secunda.
Hic igitur cum multos conuertis-
set ad fidē: in fines remeauit fran-
corum. Ibiqꝫ cū fratribus suis ce-
nobiū cōstruxit: ⁊ mulierem diu ce
cam visui restituens/ eā fide instru
xit: multisqꝫ clarus virtutib9 in do
mino obdormiuit. Lectio tertia.
Sanctus vir dei vedastus cū fran
cie regem lodouicum post inspera-
tam ab alemannis victoriam: fidei
doctrina baptizasset/ a sancto remi
gio episcopus ordinatus est. Mis-
susqꝫ attrebate ciuitati verbum dei
predicare: mox in introitu ciuita-
tis cecū ⁊ claudū curauit. Rexit dei
sacerdos ecclesiā christi: diuina au-
xiliante gratia annis circiter qua-
draginta et tandē plenus virtuti-
bus obdormiuit in domino. Cetera
de cōmuni plurimorū confessorum
¶ Sctē scolastice virginis nō mar
tyris cpm. Qui gloriatur. Oratio.

Deus qui btē scolastice virgi
nis tue animā ad ostenden
dam innocētie viā: in colūbe specie

celā penetrare fecisti: cōcede nobis ipsius meritis ita innocēter viuere vt ad eadē gaudia mereamur puenire. Per. Ad mat. inui. simp. Lc. j.

Soror beati benedicti scolastica nomine: deo dicata semel per annū ad eum venire cōsueuerat: ad quā vir dei nō longe extra ianuam in possessionē monasterij descendebat. Quadā vero die ex more venit: atq; ad eā frater eius cū discipulis descendit: multisq; de celestis vite gaudijs collocutis: ait scolastica Rogo te: ne me ista nocte deseras. Cui ait. Extra cellā manere non possum. Lectio scda.

Cūq; illa verba fratris negantis audisset: super mēsam deo rogatura caput declinauit. Cū vero caput de mensa leuaret: tāta chorusc atio nis et tonitrui virtus tātaq; inūdatio pluuie erupit: vt extra loci limē pedē moueri non posset. Qui dixit. Quid fecisti soror? Cui illa. Rogaui te: et noluisti audire me. Rogaui dūm meū: et audiuit me. Nūc ergo si potes egredere/ et me dimissa ad monasteriū recede. Lectio tertia

Post triduum benedictus in cella sua cōsistens: vidit aiam eiusdē sororis sue de corpore egressam in colūbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie congaudens eiusq; obitū fratribus pronūcauit/ atq; in sepulchro quod sibiypsi parauerat eā sepelire fecit vt quorū mēs in deo vna fuit: eorū quoq; corpora nec sepultura separaret. Cetera de cōi vnius virginis nō martyris

¶ Scti valentini martyris. epm.

Iste sctūs. tres lectiōes fiāt. Orō

Presta quesumus oīpotens deus: vt qui beati valentini martyris tui natalicia colim⁹: a cūctis malis imminentibus: eius intercessione liberemur. Per dūm. Ad matu. Inuita. simplex. Lec. j.

Audiens quidā scolasticus nomine craton: famā beati valētini terranicēsis ciuitatis plurimos misit ad eū nobiles viros amicos suos: qui illum rogarent: vt ad vrbē romā venire dignaretur. Quē cū venientē hospitio recepisset craton: rogauit vt filium eius sanaret. Lectio secūda.

Valentinus ait. Crede dei filiū verū deū esse iesum christū: et in oib⁹ renūcia simulachris: et videbis sanū filiū tuū. Cū ergo post longā fidei disputationē cū vxore sua credere promisisset: valentinus facta oratiōe filiū eius ei sanū restituit. Lc. iij

Tūc craton cū vxore et tota familia sua baptizatus est. Indignati senatores valētinū virgis cesum dijs sacrificare iusserūt Qui cū iussa implere negasset: medio noctis silētio decollatus est. Cetera de cōi vnius martyris. ¶ Sctē iuliane vginis et mar. iij. lc. cp Dñe de⁹ meus. Orō

Omnipotēs sempiterne deus: qui ifirma mūdi eligis vt fortia queq; cōfundas: da nobis i festiuitate btē iuliane martyris tue cōgrua deuotiōe gaudere: vt et potētiā tuā in eius passiōe laudemus et prouisum nobis percipiamus auxiliū. Per. Ad matut. inuita. duplex si ante. lxx. euenerit. Lectio pria.

Tempore illo erat quidam senator noie eleuticius qui misit ad beatā iulianā sibi desponsatam volens nuptiarū implere solennitatē. Cui illa. Si adoraueris patrē et filiū et spūm sctm̄: te accipiā in maritum. Quod si nolueris: quere tibi aliam vxorē. Pater virginis hoc audiens: tradidit eam eidē cruciandam. Lectio.ij.

Ipse vero iussit eam et nuptijs et deorū culturis renunciantē per sex horas per capillos suspendi. Iussit etiā es cōflari: et nudā a capite vsq; ad talos perfundi. Quā cum ei incēdiū minime nocuisset: iussit in carcere recipi: vbi cū diabolus ei in figura angelica appareret: ipsa quis esset agnoscens eū et omnē dolū suum confiteri fecit: et in loco stercoris de carcere proiecit. Lectio.iij.

Cū virgo sancta in pretoriū venisset: facies eius gloriosa quasi ignis fulgebat. Ad quā prefectus. Quis te tantas incantationes facere docuit. Cui virgo. Christus me docuit patrē et filiū et spiritū sanctū colere. Iratus prefectus: iussit rotā ferreā venire ⁊ illā superponi. Angelus autē dñi descendit ⁊ cōminuit argumenta: et vincula eius sunt soluta. Prefectus hoc vidēs: iussit eam gladio puniri. Itaq; cum peruenisset ad locū vbi decollari iussa est: cū patiētia tradidit animā dño deo. Cetera de cōi vni⁹ ūgis ⁊ mar.

In cathedra scti petri apli. Ad vespas sup ps. fer. ān. Solue iubente terrarū petre chatenas qui facis vt pateant celestia regna beatis. psalmi feriales. Capittulum. j. petri. j.

Petrus apostol⁹ iesu christi electis aduenis dispersiōis ponthi / galathie / capadocie / asie et bithinie secundum prescientiam dei patris: in sanctificationē spirit⁹ in obedientiam et aspersionem sanguinis iesu xpi gratia vobis et pax multiplicetur. R. Quodcūq; liga. ymn⁹

Iam bone pastor petre clemēs accipe vota precantum ⁊ peccati vincula: resolue tibi potestate tardita qua cunctis celū verbo claudis aperis.

Annue christe. V. Tu es petrus. R. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meā. ā. Tu es pastor ouium princeps apostolorum: tibi tradite sunt claues regni celorum. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauib⁹ regni celestis animas ligādi atq; soluēdi pontificium tradidisti: concede propicius vt intercessiōis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis. Si hoc festū in. xl euene. fiat solen. mēo. de ieiu. ad vtrasq; ves. ⁊ ad mat. Ad matu. inui. Pastoris immo iubelemus corde iocundo. Qui claues petro celorum contulit almo. ps. Venite. hy⁹. Iam bone pastor. v. Annue christe. In primo noct. an. Pontificalis apex veneratur hic cathedre quam primum meritis petrus conscendit herilis. ps. Beatus vir. ā. Hic super excelse positus fundamine petre moribus exornat humilis quos vita reportat. ps. Quare fremuerunt. an. Anthiochena polis diuini lumine solis irradiata sacrū decus hoc colit omnis v

orbis. ps. Dne qd. v. Amavit. Lec. i.

Institutio festiuitatis hodierne a senioribus nostris cathedre nomen accepit: ideo quod primus apostolus petrus hodie episcopatus chatedram suscepisse referatur. Recte ergo ecclesia natalem sedis illius colit quam apostolus pro eius salute suscepit dicente ei domino. Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. R. Euge serue. Cetera R. de com hystoria unius confessoris et pontificis excepto. ix. R. quod erit Quodcunque ligaueris. Lectio secunda.

Huius autem solennitatis religio sic ecclesijs introducta est. Cum autem pertransiret apostolus dissemināns verbum vite et fundamentum iaciens ecclesie cum appropinquaret antheochiā: cepit per nicetā et aquileam tota ciuitas audire quod petrus adueniret. Lectio tertia.

Omnis autem populus antiochie ciuitatis occurrit ei nudis pedibus penitentiam agēs: eo quod contra predicationem eius cum symone mago consensissent. Obtuleruntque ei a demonijs fatigatorū et diuersis languoribus vexatorum multitudinē copiosam. In .iij. noct. an. Huius amore deus seruorum terge reatus ut tibi qui placuit placidos nos reddere possit. ps. Cum inuoca. an. Pāde tuis celos quos seruos magne sacerdos ne tibi commissos inuadat pestifer agnos. ps. Uerba. an. Sydera scansuros terrisque hec dona datu ros quos sibi delegit tibi christus petre subegit. ps. Domine dominus noster. v. Iustum deduxit. Lectio quarta.

Uidens autem petrus quod peniterent de delicto commisso: ascendit in eminētiorem locum ubi sedem sibi parauerat iubens omnem multitudinem languētium ante se poni. Dixitque eis. Nolite credere quod per me poteritis saluari: sed per eum qui de celo descendēs ostendit credentibus sibi veram corporis ac anime medicinam. Lectio quinta.

Uestē ergo habeat vox vestra omnem hanc plebem: quia ex toto corde creditis in dominum iesum christum: ut sciant etiā per nos seipsos ab ipso posse saluari. Cumque infirmi cōfiterentur hūc esse verum deum quē petrus annunciabat: tantā spiritus sctūs gratie sue virtutē ostēdit: ut omnes languētes pro sua salute recepta simul cū ceteris omnibus deū celi glorificarent. Lec. vi.

Tunc infra septem dies plus quam decem milia credentiū baptizati sunt: et theophilus qui erat sublimior in ciuitate: domum suam in ecclesiam consecrari fecit. In qua petro apostolo constituta est ab omni populo cathedra ad gloriam trinitatis.

¶ In tertio noct. an. Qui regni claues et curam gestat ouilis: presule quoque pio: vite renouatur origo. ps. Domine qs habita. an. Hic celi terreque petro commisit habenas: ut reseret clausis et soluat vincla ligatis. ps. Domine in virtute an. Primus vocatione/ maximus dignitate apostolici culminis sedem petrus claniger assecutus est qui christo ardenter obsequens toto corde secutus est. ps. Domini est terra. v. Iustus ut palma flo.

Secundum matheum. xvi.

IN illo tempore. Uenit iesus in partes cesarie philippi: et interrogauit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio vij.

Non autē quasi nesciens sententiam de se vel ex discipulorum vel extraneorum cordibus dn̄s inquirit: sed ideo discipulos quid de se sentiant inq̄rit ut cōfessionē recte fidei illorū digna mercede remuneret. Nā sicut interrogatis generaliter oibus: petrus respondit unus pro omnibus: ita q̄ petro dn̄s respōdit in petro oibus respondit. Lec. viij.

Ideo quid alij de se sentiant inquirit: ut expositis primo sentētijs errantium: discipuli probarentur veritatem sue confessionis non de opinione vulgata sed de ipso percepisse dominice reuelationis archana. Quem inquit dicunt homines esse filium hominis. Lectio nona.

Pulchre hoies appellat eos qui de filio hominis tantū loqui nouerāt: qui diuinitatis eius archana nesciebāt. Nam qui diuinitatis eius mysteria capere norunt: merito supra homines esse dicuntur. Respondēs symō petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Deū viuū appellat: ad distictionē videlicet falsorū deorum quos vario delusa errore gentilitas vel mortuis sibi hominibus instituit/ vel maiore demētia de insēsibili materia quos adoraret creauit. De quibus canitur in psalmo. Simulachra gentium argentum
9 et aurū: opera manuū hominū. R. Quodcunq̄ ligaueris super terram erit ligatum et in celis. Et quodcunq̄ solueris super terram. Erit solutum et in celis. V. Tu es inquit petrus christus filius dei viui: respondens dominus ait. et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. Et quod. Gloria patri. Erit. V. Exaltent eum in ecclesia plebis. R. Et in cathedra seniorum laudent eum. ¶ In lau. an̄. Ecce sacerdos ps. Dominus regnauit. et cetere ãe. que sequuntur. Cap̄m. Petrus apostolus. hymnus. Jesu redemptor. V. Justus ger. An̄. Quodcūq̄ ligaueris sup terram erit ligatum et in celis: et quodcunq̄ solueris super terram erit solutum et in celis dicit dominus symoni petro. ps. Benedictus. orō. Deus qui beato petro. ¶ Ad primam an̄ Ecce sacerdos. ps Deus in nomine. a. Te iure. ps. Quicunq̄. ¶ Ad tertiam. a. Non est inuētus. ps. Legem pone. cap̄m. Petrus apostolus. R. et V. de cōi unius cōfessoris et pontificis ad omnes horas dicunt similiter et ãe cū orā. de die. ¶ Ad. vj. an̄. Fidelis seruus. ps. Defecit. cap̄m. Benedictionē. ¶ Ad nonam an̄. Serue bone. ps. Mirabilia. cap̄m. Cognouit eū. ¶ Ad. secūdas ves. a. Ecce sacerdos. ps fer. cap̄m. Petrus apostolus. hymnus. Jesu redēptor. V. Justus germinabit. a. Iste est. ps. Magnificat. oratio ut supra.



¶ Sancti matthie apostoli Ad vesperas. an̄. Estote fortes. Psalmi feriales. et finiunt in hoc festo tantum sic. regnum eternum dicit dominus. cap̄m. Jam

non estis. ℟. Qui sunt isti. Hymnus.
Mathia iuste duodeno solio residens sorte nos a cunctis nexibus solue peccati vere lucis gaudijs quo perfruamur tuis sanctis precibus. Annue christe. ℣. In omnem terram. An. Beati eritis. psalmus. Magnificat. Oratio.
Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus: vt eius interuentione: tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per. Si hoc festum ante .xl. euenerit dicitur comple. sicut in festo sancte trinitatis. Si infra quadragesimam compl. non mutetur Ad mat. ix. lectiones duplex fes. Lectio. i.
Cum preclara beati matthie apostoli festiuitas per anni cursus reuolutionem se representat: magnum gaudium nobis multiplicat hodie iuxta vocem psalmiste. In pace factus est locus eius: et habitatio eius in syon: quia carnis argastulo solutus susceptus est in celum. Lectio secunda.
Denique vt apostolorum actuum edocent scripta. Postquam iudas suis sceleribus penam condignam se suspendendo suscepit: ne apostoli in vndenarij imperfectione velut decalogi transgressores remanerent: barsabam et matthiam elegentes in medio statuerunt: atque fusa ad deum prece sortes super eos dederunt. Lectio. iij.
Legimus in veteri testamento ionam prophetam cum mallet fugere quam niniue subuersionem predicare: ob maxime tempestatis periculum: sortis agitatione deprehensum: quod licet diuina dispensatione speremus contigisse: non tamen trahi debet in exemplum quod a viris gentilibus constat esse peractum. Lectio quarta
Hec idcirco dilectissimi proferre dignum duximus: ne simpliciores quique exemplo apostolorum ac prophetarum putent deum hoc in tempore sortibus consulendum. Matthias dei paruulus interpretatur. Dei paruulus intelligitur humilis et quietus. Lectio quinta.
In eo impletum est quod dictum est de iuda per prophetam dauid. Fiat habitatio eius deserta: et episcopatum eius accipiat alter. Quem iste sanctus accipiens obediendo: decorauit euangelizando. Lectio sexta.
Hodierne festiuitatis diem in huius sancti veneratione debita cum laude celebremus vt precibus eius et meritis apud deum inueniamur: qui in sanctis suis mirabilia operatur regnans per omnia secula.
Secundum matheum vndecimo.
In illo tempore Respondens iesus dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Et reliqua
Omelia beati augustini epi. lec. vij
Confessio non semper est vox peccatoris Confitemur ergo siue laudantes deum: siue accusantes nosmetipsos. Pia est vtraque confessio qui confitetur vtique et si peccator confitetur vtique a morte reuixit. Confiteor tibi pater quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis. Lectio octaua.

Qui sunt paruuli: humiles. Qui sunt sapientes et prudentes superbi irridētes/arrogātes/ falso grandes. Dic te stultū et sapiēs eris: sed dic et intus dic: quia sic est vt dicis. Si dicis noli coram hominibus dicere: prorsus quod ad teipsum pertinet ꝙ a tua tenebrosus es. Lec. ix.

Quid est enim aliud esse stultū nisi esse tenebrosum in corde. Ita pater: quia sic fuit placitū ante te. His vero verbis exēpla humilitatis accipimus ne temere discutere superna cōsilia de aliorū vocatione: aliorum ve repulsione presumamus.

Cetera de cōmuni vnius apostoli. Si vero hoc festū in. iiij. fer. in capite ieiunij euenerit fes. differatur in crastinum: licet fes. loci fuerit. Cū autē bissextus fuerit fes. beati mathie apostoli fiat. iiij. die a cathedra sancti petri. F. littera bis numeretur. Si hoc fes. in sabbato proximo post diē cinerū cōtigerit ibi celebretur: et secunde ves. de isto fes. erunt ꝗ solēnis memoria de dñica cōplet. vero quadragesime non mutetur.

Scti dauidis epi ꝛc fes. ix. l. fiat oia de cōi vnius cōfes. et pōti. scdm picā Sarū ꝗuis hic sequatur seruitium/ de proprio sancto dauid.

Sancti diuidis episcopi et cōfessoris. Ad ves. ān. Iustū deduxit. ꝑi feriales. cpm. Ecce sacerdos. R Miles christi. hyꝰ. Iste cōfes. V Amauit. ā Gloriose presul dauid suscipe seruorū vota tuorum: et intercede pro nobis ad dominum. ꝑs. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatum confessorē tuū atqꝫ pontificem angelo nunciante triginta annis anteꝙ nasceretur ꝑdixisti: tribue nobis quesumus: vt cuius festiuitatē colimꝰ eius intercessiōe ad eterna gaudia perueniamus. Per dñm. Ad matuti. ix. lectio. fiant. Lectio prima.

Beatus patricius natiōe britānus: romanis disciplinis eruditus: et virtutum meritis insignitus. Cum in italie partibus vir diuturnam moram trahens: in natale britannie solum reuersus fuisset: domesticam postmodum petēs prouinciam angularem repedauit terram: perlustrans rosmam vallem intrauit. Lectio. ij.

Cui angelus apparens dixit. Hāc sibi sedē o patrici non prouidit deus immo vni nondū nato/ sed triginta annis post hoc nascituro. Sic ergo vallis rosma dimittitur beato dauid nōdum nato: sicut fuerat ab angelo nunciatum. Lectio tertia.

Beatus vero dauid nōdum natus sed in vtero materno cōclusus egregius predicator futurus diuinitus est ostensus. Cum igitur quidā magister noīe gildas: populum predicando informaret et mater beati dauid pregnās ecclesiam intraret: gildas subito obmutuit/ et vltra predicare non presumpsit. Lectio. iiij.

Interrogatꝰ autem a populo cur interrupta predicatione obmutuerat respondit. Ego communi loquela vos alloqui potui: predicare autem non valui quia mulier que iam rogata exiuit ecclesiā ad demōstrādam sue prolis excellentiam dū vobis verbum dei proponerem moni

ta celitus superuenit. Lectio .v.
Cum autẽ cõplerentur dies natiuitatis eius secũdũ ꝙ angelus predixerat: beatus dauid ingenuis ortus natalibꝰ leretice prouincie principis filius fuit. Ipso igitur nato ⁊ in lucẽ emisso: diuina miracula minime defuerunt. Lectio sexta.
Nã cũ baptizaretur ab elweo menenensi episcopo redeũte de hibernia / ac tunc applicante in portu qui dicitur gleys ad ipsius baptizandi ministerium fons limpidissime aque emanauit / qui nunꝙ antea visus fuit. Lectio septima.
Uir quidẽ grãdeuus cecus a pueritia defectum habens in naso: qui eius faciem non modicum deturpabat / puerũ de fonte leuauerat: quẽ cũ adhuc in sinu suo teneret / intelligens infantis sanctitatem accepit aquam i qua ter immersus fuerat et aspersit ex ea faciem suam tribus vicibus et statim lumen oculorum / et faciei integritatem / mirabiliter est adeptus. Lectio octaua.
Puer autem crescebat plenus spiritu sancto / litterarumqꝫ addictus studijs super omnes coetaneos perspicacis ingenij velocitate proficiebat adeo nãqꝫ gratia perfusus erat vt cõdiscipuli eius niueã columbã cũ rostro aureo tanꝙ eũ docentẽ se vidisse multotiẽs testarẽtur. Lc. ix
Crebrescẽtibus igitur in eo meritis vir sanctus ad sacros gradatim ordines prouectus / tandẽ põtificali dignitate est sublimatus. Sctũs vero dauid cũ esset annorũ fere centũ quadraginta septem / participato corpore et sanguine dñi more christiano: animam sanctissimam suo reddidit creatori. Cetera omnia de communi vnius confesso. et ponti.



In festo scti cedde epi et cõfessoris .ix. lec fiant omnia de cõmuni secundum picã Sarum / tamẽ secundum vsum lichfeð. Ad primas vesperas Aña.
Germanorum quatuor vnus est beatus cedda: quorum quilibet erat consecratus. ps. Laudate pueri. añ. Sũmo sacerdotio duo consecrantur: presulatu simplici duo venerantur. ps. Laudate dominũ omnes gentes. añ. His inerat numerus euangelistarũ: per quos inde fieret horũ opus sacrũ. ps. Lauda aia mea do añ. Oẽs euangeliũ christi predicarũt: ⁊ vepres a vineis eius extirparũt. ps. Laudate dñm qm. añ. Cedda tantũ ceteris erat preferendus dignitate meriti maior et cẽsendus. ps. Lauda hierusalẽ. cap. Ecce sacerdos. Rx. O pastor digne miseris concede benigne. Quod poscunt a te cõfessor cedda beate. V. Funde preces christo pro cetu iugiter isto. Quod. Glia. Qd. hyꝰ. Iste cõfessor. V. Amauit eum. Añ.
Sis pro nobis sctẽ cedda rogamus ad dominũ vt nos regat ⁊ perducat ad celi palatium: vbi tecũ ⁊ cũ sctis simus imperpetuũ ps. Mag. vel añ. Pastor vigil gregis in medio sacri verbi mittitur gladio: plantãs mores expulso vicio quo presente grex est in gaudio: sed absente caret solatio: cui fauet vt pater filio. Oratio.
Deus qui sanctorũ tuorũ meritis ecclesiam toto orbe diffusam decorasti: presta quesumus:

vt omnes qui eius implorāt auxilium: petitionis sue salutarum consequātur effectum. Per dn̄m nostrū iesum christū filium tuū. Ad matu. inuit. In qua vigent iugiter solēnia. Virgo mater iubilet ecclesia. ps. Venite. hy. Iste confessor. In .i. noctur. añ. Mundi calcans gloriam cedda declinauit corporis lasciuiam dum sese claustrauit. ps. Beatus vir. añ. Iugo se supposuit christi quem dilexit qui tenendā docuit viam quam direxit. ps. Quare fremuerunt. añ. Quem cum vite sanctitas velux se monstrauit eboraci ciuitas archipresulauit. ps. Domine quid multiplicati. R. Amauit eum. Lectio prima.

Quia nimirum quorundam vita et conuersatio apud deum: in celesti gloria eterna esse procul dubio dignoscitur. ipsoq; et apud terrenos memoriter retinere: ac venerari / dignū atq; cōpendiosum non putatiue existimē.

1 R. Hūc quem paruum reddit auctoritas ceddam paruū facit humilitas. Cui nūq; deest benignitas. V. Nō attollit illum prosperitas neq; frangit quem aduersitas. Cui nunq; deest. Lectio secunda.

Temporibus igitur nordanhymbrorum regis fratris: et in regnum successoris illius christianissimi regis oswaldi vir dei cedda / in lindisfranensi insula in loco qui lestingay dicitur in monasterio sancte marie monasticam vitam iuxta sanctorū patrum institutionem ducebat. R.

2 Hic legati verbo paruerat cedens cedi cui prefuerat. Claustrum petit et non remurmurat. V. Sed indignū fore se dixerat tāta cura quam preterierat. Claustrum petit et non remurmurat. Lectio .iii.

Huius namq; administrationis ecclesie / a fratre suo cedda orientaliū anglorum antistite dignissimo / et eiusdē monasterij rectore pijssimo: inibi de mundo transeunte curam susceperat. R. De quo deus ita dispo- 3
suit merciorum quod inde prefuit. Gregi regens hunc sicut decuit. V. Orans nocte ac die docuit: per quem christi nomen innotuit. Gregi. Gloria. Gregi. In secūdo noct. añ. Postes agni sanguine tunc liniuit crucis memor domini; carnem dū puniuit. ps. Cum inuocarem. añ. Pugnas contra vicia palmam acquisiuit armis nudam ferreis carnem dum vestiuit. ps. Verba mea. añ. Qui sic fontem frigidum orans introiuit et non corpus calido balneo nutriuit. ps. Domine dominus noster. R. Iustum deduxit dominus per vias rectas. Lectio quarta.

Fuere siquidē quattuor germani fratres cedde et sinibil et chelim et cedda: quod raro inuenitur / omnes sacerdotes dn̄i fuere preclari: et duo ex eis etiam summi sacerdotij gradu functi sunt. R. Le- 4
gem christi qui sic tenuerat et tenendam fore docuerat. Vite finē sc[illegible]ruerat. V. Hinc quiete certus trāsierat: qui celesti regi seruierat. Vite. Lectio quinta.

Erat autē presbyter vocabulo cedda: frater reuerendissimi antistitis cedde / cuius superius meminimus et abbas monasterij illius quod vocabatur lestingay. R. Postq; cedde 5
lux presens clauditur: laus ipsius a plebe canitur. Hostes vincens: hic non deuincitur. V. Vis vnguenti dum pixis frangitur cunctis patet: nec plus absconditur. Ho-

stes vincens hic non deuincitur. Lec. vj.
Misitq3 rex cũ eo presbyterũ sum
mo vocabulo eadheder : qui postea
regnante efrido ecclesie presul fa=
ctus est: verum illi cantiam perue=
nientes: inuenerunt archiepiscopũ
Deus dedit iam migrasse de seculo
alium pro eo constitutum fuisse põ
6 tificem. R. Occurrentes ad eum langui
di mox curantur et epilentici. Surdi / ceci
et paralitici. V. Claudi/curui/leprosi/mar
cidi valent huius virtute medici. Surdi/ce
ci. Gloria patri. Surdi/ceci. ¶ Inter=
tio nocturno Aña. Ab habenis mortui
mortis excitantur: furiosi vinculis confra
ctis sanantur. ps. Dñe quis. ã. Et cu=
ratio languidis dum congratulantur suis
a languoribus statim liberãtur. ps. Do
mine in virtute. añ. A quo mixte pul=
uere tumbe cum potantur: bibentes a va=
rijs morbis expurgantur. ps. Domini
est terra. V. Justus vt palma florebit.
¶ Euangeliũ Scdm matheũ. xxv
In illo tempore. Dixit iesus
B discipulis suis parabolã hãc.
Homo quidam peregre proficiscẽs
vocauit seruos suos : et tradidit il=
lis bona sua Et reliqua Omelia bti
gregorij [redacted] Lectio septima.
Consecratus ergo in episcopũ ced
da: maximã mox cepit ecclesiastice
veritati et castitati curam impẽde=
re: humilitatem continentie: lectio=
ni operam dare: oppida/rura/casas
castella/propter euangelizandum:
non equitãdo: sed apostolorum mo
re pedibus incedendo peragere. R.
Hic in carne viuens euangelice terrã te=
4 xit conuersans celice: christi legem seruan
do practice. Plene quidem et non ediptice
V. Unde deus eũ mirifice collocauit in or
bis apice. Plene quidẽ. Lectio octaua.
Sed libet nos adhuc pauca de plu
ribus addere: de quibus experti su
mus de eius vita et conuersatione
tam ante episcopatus acceptionem
q̃ in episcopatu. R. Cedde sancti con= 8
tactu loculi sanantur multi : clarescunt ocu=
li: quibus visis exultant populi. Christi le=
gis tabescunt emuli. V. Fama trãsit in fi
nes seculi: qp sic florãt diuini seruuli. Chri
sti legis tabescunt emuli. Lectio nona.
Summi igitur põtifices & magni
patroni beatissimi meritis et titu=
lis insignita meritorum prouicia vsq3
quaq3 refulget. Cuius maior vir=
tutum prerogatiua refertur / q̃ lit
teris cõprehẽdi : vel ori referri que
at. R. Pie pastor et pater ouium: mercio 9
rum gregis solatium: contra mundũ car
nem demonium. Assit nobis per te reme=
dium. V. De finito cursu presentium: capia
mus eternum brauiũ. Assit. Gloria. Assit
V. Ora pro nobis btẽ cedda. In laudi. ã
Claustri clausus carcere cedda monacha
tur : vt diuinis libere vacans his vtatur. 1
ps. Dominus regnauit. ãn. Cuius
fama claruit qp põtificatur lucerna que la 2
tuit: ne plus abscondatur. ps. Jubilate
ãn. Pastor pauit populum pabulo doctri 3
ne / reddens receptaculum regule diuine.
ps. Deus deus meus. ã. Presulis of= 4
ficium cedda sic impleuit qp cuiuscumq3 vi=
cium generis deleuit. ps. Benedicite.
ãn. Deuiantes moribus oues informauit 5
persistentes actibus sacris excitauit. ps.
Laudate. cpm. Ecce sacerdos. hy9
Jesu redemptor. V. Justus germina=
bit. ãn. Presul pie sancte cedda: ora deum
pro nobis ne peccatis aggrauati tradamur

suppliciis: sed perfruamur in celis perennibus gaudiis. ps. Benedictus. an. Pastor pie pro tuis omnibus ora christum deuotis precibus / vt soluantur a lupi morsibus et sint tecum in suis edibus. ps. Benedictus. Oratio. Deus qui sanctorum. vt supra. Ad secũdas vesperas an. Claustri. psalmi feriales cpm. Ecce sacerdos. R. Pie pastor. Hymnus Iesu redemptor. V. Iustus germinabit. an. Qui mores docuit purgãdo vicia talenta duplicans cepit duplicia de manu dñi regnans in gloria: quo nos ascendere det christi gratia. ps. Magñ. orõ. vts

Sãctarũ perpetue et felicitatis virginũ et mar. tres lc. fiant. Oratio

Da nobis quesumus dñe deus noster sanctarum perpetue et felicitatis martyrũ tuarum palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mẽte nõ possumus celebrare: humilibus saltẽ frequẽtemus obsequiis. Per dominũ Ad matutinas inuita. Regẽ virginũ. ps. Venite. Hymnus. Iesu corona virginũ. Ĩn noct. vnius virginis V. Adducentur regi. Lectio prima.

Facta itaque persecutione sub valerio et galieno imperatoribus: cõprehensi sunt satyrus et saturninus duo fratres reuocatus et felicitas soror ei[9] et perpetua: qui iussi sunt recludi in carcere. Pater perpetue audiens eam christianam irruit in eam: volẽs eruere oculos eius: sed ex clamore cõfusus exiuit de carcere. Lectio secunda.

Post hec perpetua dixit commartyribus suis. Vidi in visu scalam angustam erectam ad celum in cuius dextra et leua erant cultri ferrei: et sub ea iacebat draco. Et super eam ascendit satyrus ad nos dicẽs. Ascendite mecũ / nolite timere draconem Vidi etiam in orto ameno senem sedentem et oues mulgentem qui et dedit nobis de fructu lactis. Quo audito gratias agentes deo cognouerunt se ad palmam peruenire martyrii. Lectio tertia.

In die natalis cesaris satyrus et perpetua a leonibus deuorati sunt Saturninus vero ab vrsis erutus gladio est percussus. Reuocatusque et felicitas a leopardis martyrium ĩpleuerũt. R. &c. de cõipl'ũmar. virgi.



Scti gregorij [redacted] et docto. dupl' festum. ix lectiones fiant. Capitulum. Ecce sacerdos. Oratio.

Deus q̃ anime famli tui gregorij eterne beatitudinis premia cõtulisti: cõcede ppicius: vt q̃ peccatorũ nostrorũ põdere premimur eius apud te precib[9] subleuemur. Per. Vbicũque hoc fes. ctig. sub regula fes. annũcia. beate marie celebret sicut ibidẽ subnota. est ita tñ q si i sab. primo añ. xl. hoc fes. euc. ibidẽ celebret. Et. ij. vesp. erũt de fes. et solẽnis mẽo. de dñica Cõpl'. tamẽ tũc de. xl. nõ mutat: sed post. j. ves. tũc dicatur. cõpl'. sicut in fes. sctẽ trinitatis. Ad. mat. Lec. j.



Gregorius [redacted] inclytus in vrbe romana a p̃re gordiano: matre vero siluia edit[9]. de genere senatorum originem du

rit qui non sine magno quodā pre-
sagio tale sortitus est nomen. Gre
gorius nāqꝫ ex greco eloquio/in no
stram linguam vigilator siue vigi-
lans sonant. Lectio secunda
Reuera etenim vigilauit sibi dum
diuinis inherendo preceptis/lauda
biliter vixit. Uigilauit et fidelibus
populis: dum doctrine affluētis in
genio eis qui tramite celestia scan-
derent patefecit. Lectio tertia.
Disciplinis vero liberalibus hoc
est grāmatica: rethorica/dyalectica
ita a puericia est instructꝰ vt nullꝰ
in vniuersitate putaretur esse simi
lis. Hauriebatqꝫ iā tūc sitibūdo do
ctrine fluenta pectore/que post con
gruēter mellito gutture eructaret
Hic etiam in annis adolescentie deo
cepit deuotus existere. Lectio .iiij.
Tandem patre orbatus cum libe-
ram disponendarū rerum suarum
habuisset facultatē mox omnia que
habere poterat: ad opus pietatis di
stribuit. Sex deniqꝫ monasteria in
sicilia construens fratres illic chri-
sto seruiētes cōgregauit: copioseqꝫ
ditauit Septimū vero intra vrbis
romane muros instituit: in quo et
ipse postmodum regulari tramite
multis sibi sociatis fratribus sub
abbatis imperio militauit. Lec. v
Inerat ei deniqꝫ tanta abstinētia
in cibis: vigilantia in orationibus/
strēnuitas in ieiunijs: vt infirma-
to stomacho vix consistere potuit.
Cernens autem romanus ponti-
fex virtutum gradibꝰ gregorium
alta conscendere/violenter eum a
quete monasterij sui abstrahens le
uitam qꝫ septimum ad suum adiu-
torium consecrauit. Lectio sexta.
Non multo post pro respōsis eccle
siasticis ad vrbem cōstantinopolim
gregorius est directus. In quano-
uam heresim de statu nostre resur
rectiōis ita attriuit: vt nullus exin
de inuentus sit: qui eius suscitator
existeret. Post obitū pelagij [redacted]:
oīs clerus populusqꝫ romanus cō-
corditer elegerūt gregoriū pōtificē
Cūqꝫ tanto honori se indignum cla
mās cōsensum generalitatis vita-
re nō potuit: extra portas fugit tri-
duo se occultans. Lectio septima
Post oratiōes ꝛ ieiunia populi ter
tia nocte columna lucis super eum
celitus emissa querentibus votum
optabile demōstrauit: clamāte quo
dam anachorita cotiguo vrbi: quia
angelos descendentes et ascenden
tes per dictam columnam super eū
vidit ibidem rectorem abscōditum
domus dei. Lectio octaua.
Mox dilectus dei inuenitur: et li-
cet inuitus [redacted] efficitur. Directe
namqꝫ in angliam misit seruos dei
inclytū augustinum/et iohannem
cum alijs qui regem cantie cum ce-
teris infra breue/tam predicatione
ꝙ miraculis conuertebant. Multa
etiam miracula: per hunc ostendit
diuina potentia. Lectio nona.
Quedam materfamilias de ma-
nu eius cōmunicatura: cum oblatio
nis sue portionē sibi dari cognouis-
set subrisit. Cuius cordis errorem
sanctus gregorius intelligens por
tionē retinuit: et super altare repo
suit. Completisqꝫ mysterijs: vt do

minū populus deprecaretur admonuit. Factaq; oratione: carnē carne digiti auricularis super altare cruentatū inuenit. Qua virtute cognita/et eadē portione in pristinam formam orando conuersa: eandēq; mulierem cum reliquis plurimum in fide christi confirmauit. Qui postq̄ sedem apostolice ecclesie annis quatuordecim rexisset plenus virtutibus migrauit ad dominū. Ad matu. cpm. Benedictionē. Cetera de cōi vnius confessoris ⁊ pōtificis.

¶ Sancti edwardi regis ⁊ marty. ix. lec. Ad primas vesperas. ān. Iste sanctus. Cpm. Beatus vir qui in sapiētia. ℣. Beatus vir qui suf. Oratio.

Deus eterni triumphator imperij: familiam tuam propicius respice mrtyrium regis edwardi celebrantem/et presta: vt sicut illū munere glificare dignaris celesti: ita nos eius obtentu eterne felicitati fatias dignanter ascribi. Per dominum nostrum iesum christum. Ad matutinas. Lectio prima

Sanctus edward⁹ in regni solio sublimatus a regi regum domino in omnibus iusticie ⁊ veritatis dirigebatur. Cui⁹ auxilio fretus: magno ingenio animi/et summa humilitate indies crescebat Nam nouiter adepto honore mox pristine probitati suarum hec incrementa virtutum accumulauit. Lectio secunda.

Iuuenum videlicet et minus sapientium: consilia postponere. Dunstani archipresulis monita mēte salubriter intendere/ et secundum eius consilium ⁊ aliorum religiosorum spectabiliumq; virorum omnia sua iudicia in omnibus studuit exercere. Tunc erat in anglia pacis tranquillitas: magnaq; rerum opulentia. Lectio tertia.

Sed totius bonitatis inimic⁹ dyabolus nouercā eius nomine alfrich in odium ipsius concitauit. Que zelo inuidie succensa presumptuosa versutia cogitare cepit qualiter virum dei a regno extirparet/ vt filius etheldredus in regno substituetur. Lectio quarta.

Quibusdam igitur cōsiliarijs propositum suum indicauit orans et obtestans: vt ei assensum preberēt et quo ordine id fieret cogitarent. Qui protenus ad necem regis mitissimi consenserunt / et quomodo id perficerent meditabātur. Confirmato venerabili viro in regno cum tribus annis et octo mensibus sceptro hereditario potiretur: quadam die venandi gratia in siluam accessit: iuxta villā que dicitur warham: que ad modum grandis tunc habebatur. Lectio quinta.

Desiderans vero fratrem suum videre: ad domum nouerce que iuxta erat/assumptis paucis, pfectus est. Et ecce subito in medio vie spacio hominibus suis ludentium more huc illucq; dispersis absq; vllo comite permansit. Tūc rex doli ignarus: ad domum nouerce sue neminem verens tendit. Qui cum appropinquāret: nunciatum est regine impijssime regem edwardum illuc solum aduenire. Lectio sexta.

Illa igitur ad explenda sue nequicie desideria adipiscisse tempus idoneum gaudens mox ei obuiam procedit: eumqz blande et amicabiliter ad hospicium inuitat. Qui rennuit et fratrem suum se velle videre denunciat. Tūc impijssima regina potum afferri iussit: vt dum ille potū gustaret / ipsa quod cogitabat impleret. Interim vnus qui scelere maior erat: ficta dilectione pacis osculum offerebat / vt ei omnem suspicionem auferēs eum facilius suffocaret. Quod et factū est. Nam cum rex potum a pincerna suscepisset et ori suo apposuisset: is qui ei osculū intulerat ex aduerso insiliens / cultello mox eius viscera transfixit. Sicqz carus dei de equo cadens spiritum exalauit. Tres vltime lectiones de expositione euangelij. Si quis venit. Cetera de cōmuni vnius martyris. Si hoc festum vł sancti cuthberti / vel sancti benedicti infra pas. domini eueneit reseruetur festum vsqz ad trāslationem eorum et fiāt ibi de eis. ix lectiōes. ¶ Sancti cuthberti episcopi et confessoris nouem lectiones fiant. Oratio

Deus qui per inestimabile munus gratie tue sanctos tuos gloriosos facis esse: presta quesumus vt interueniente beato cuthberto confessore tuo atqz pontifice mereamur culmen virtutum peruenire. Per dominū nostrū. Lectio prima

Bone indolis adolescēs cuthbertus: cum quadam die inter pueros luderet quidam puer quasi triennis ei occurrit / et cū lachrymis sibi ait. O sctissime antistes cuthberte: non decet te inter pueros ludere quē dn̄s magistrorum maioribus natu destinauit. lect. ij.

Audiens puer cuthbertus hec rediens domum: stabilior ex illo tempore cepit esse: Et relictis seculi rebus: monasterialem disciplinā subijt. Qui cū suscipiendorū officio deseruiret angelū domini suo vt refertur suscepit hospitio. Lectio tertia

Quadam die dum iuuenem quendam domum ingredi coegisset: pedesqz eius lauasset: et aquam lauandis manibus dedisset: panē ad vescendum deferre voluit / sed rediēs hospitem non inuenit. Circunspiciens autē vestigia eius quo ijsset nulla penitus inuenit. Lectio quarta.

Stupefactus igit vidit supra mēsam tres panes calidos insoliti candoris: ac mire suauitatis et dixit. Cerno q angelus dei sit quē suscepi. Quo viso maiorem ex hoc virtutibus operam dedit. Lectio quinta

Multis igitur virtutibus predit9 ad episcopatus culmē: licet inuitus assumpt9 est. Qui cū parrochiā suā circuiret: et verbū dei pdicaret: vxorem cuiusdā comitis proximā morti a comite rogatus in noie dn̄i aspersione aque benedicte plene sanatā reddidit marito suo. Lectio. vi.

Alio quoqz tempore veniens quidam longe egritudinis acerbitate tabefactus ad eum accessit. Dataqz super eum benedictione repulit pestem: quam medicorum manus pigmentorum compositione nequiuerat. Lectio. vij. sine exposi. euāge.

Ad quoddam etiam monasterium veniens: dum meridianum quietem sitire se diceret: aqua eius palato vinum sapiebat. Fratres ergo astantes / et inde bibentes / mirabantur ad inuicem dicentes / se nunq̄ melius vinum antea bibisse. Lectio octaua.

Duobus annis in regimine episcopali transactis / sciens in spiritu vir domini cuthbert⁹ appropinquare diem sui trāsitus: abiecit pōdus cure pastoralis: atq; ad dilectū heremitice cōuersationis agonem q̄ totius remeare curauit / quatenus inolita sibi solicitudinis mundane spineta liberior prisce compunctionis flamma cōsumeret. Lectio .ix.

Cumq; duos fere menses in deserto quietis exultatione transisset: subito arreptus infirmitate / et tribus ebdomadis continuis / eadem infirmitate decoctus: fratribus suis in dei seruitio confirmatis: exitū suum dominici corporis susceptione muniuit: et erectis in celum oculis: spiritum exalauit. Cetera de cōmuni vnius confessoris ꝛ pontificis

¶ Sācti benedicti abbatis nouem lectiones fiant. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui hodierna die carnis eductū ergastulo beatissimū confessorem tuū benedictū subleuasti ad celum: cōcede quesumus hec festa tuis famulis celebrantibus cunctorū veniā delictorū / vt qui exultātib⁹ animis eius claritate congaudent: ipso apud te interueniente consociētur et meritis. Per. Lectio prima

Fuit vir vite venerabilis gratia benedictus ꝛ nomine ab ipso pueritie sue tēpore cor gerens senile Etatem quippe moribus transiēs: nulli animum voluptati dedit. Qui nobili genere de prouīcia nursie ortus relictis domibus et rebus proprijs litterarū q; studijs: sancte conuersationis habitū suscepit. Lc. ij.

Quem sequens sua nutrix que ipsum ardētius amabat: ad purgādū triticū / a vicina muliere capisteriū petijt. Quod dum incaute sup mēsam post se reliquit: casu fractū est: ob quod vehemēter flebat. Lec. iij.

Huius dolori compatiens benedictus: facta oratiōe illud integrum nutrice sue reddidit: eam cōsolādo Hic plus appetēs mala mundi perpeti q̄ laudes: nutricem suā occulte fugiens / deserti loci secessum petijt. Quo cum pergeret monachus quidam romanus eum suscepit: et quo tēderet inquisiuit. Cuius cum desiderium cognouisset: et secretū tenuit / et sancte conuersationis habitum tradidit. Lectio quarta.

Vir dei in arto specu se tradidit: tribusq; ānis: excepto romano monacho hominibus incognitis māsit Cūq; placuit deo vitam eius exemplo hominibus demonstrare multi seculum relinquētes ad eius magisteriū festinauerūt Lectio quinta.

Defuncto igitur abbate monasterij non longe a loco licet diu rēnuēs deuictus tamē precibus: abbas ibi effectus est. Cūq; fratres sui cōspicerēt illis sub eo illicita non licere:

inito cõsilio venenũ vino miscuere. Quod ipso benedicẽte: stati vas vitreum cõfractũ est. Cuius causam vir dei intelligens: ad locum dilecte solitudinis redijt. Lectio sexta.

Cum vir dei in solitudine succresceret: multi seruientes deo ibi ab eo sunt congregati: ita vt illic duodecim monasteria cum christi adiutorio construeret. Hic etiam defunctum filium cuiusdam rustici iurãtis ꝙ non recederet donec filiũ suũ resuscitaret: oratione facta/ viuum reddidit patri suo. Et animã cuiusdam episcopi captam in spera ignea de nocte orans ad fenestram: ab angelis in celum deferri cõspexit. Sine expositione. Lectio septima

Ex his autẽ monasterijs q̃ vir dei benedictus construxerat: tria in rupibus mõtis erãt scita Et valde fratribus erat laboriosum ab inferiobus aquaꝫ semper deferre. Quo viso vir dei ascendit in mõtẽ/ et oratiõe facta: tres petras ibi in signo posuit. Post hec mãdauit fratribus vt eandẽ rupẽ vbi easdẽ petras inueniret: in modico cauarent Quo facto defluxit aqua vbertim vsqꝫ in hodiernũ diẽ. Lectio. viij.

Quidam eius monachus dum de quodam loco super ripam laci posito vepres absci nderet: ferrum de manubrio prosiliẽs in lacum cecidit Uir autem domini benedictus tulit manubrium et misit in lacũ moxqꝫ ferrum de profundo redijt: et in manubrium intrauit. Lectio nona

Quadã die apparuit ei diabolus dicens ꝙ ad fratres suos pergeret Quo audito misit fratrib⁹ suis mãdãs ꝙ cautius agerẽt: quia diabolus ad eos veniret. Quo eis nũciato: paries cecidit: et monachũ paruulũ occidit. Quod sctũs audiẽs: oratiõi se dedit/ et monachũ incolumem suscitauit. His et alijs virtutibus plenus seruus dei benedictus in senectute sua migrauit ad christũ Cetera de cõi vni⁹ ꝯfes. et abbatis.



¶ In annũtiatiõe beate marie virginis. Ad vesperas super ṗs. feriales. ãn. Orietur sicut sol saluator mũdi et descendet in vterum virginis sicut ymber super gramen. In tẽpore paschali finiatur cum Alleluya. Capitulũ.

Ecce virgo concipiet et pariet filiuꝫ et vocabitur nomen eius emanuel: butyrũ et mel comedet/ vt sciat reprobare malũ ⁊ eligere bonum. ℟. Christi virgo. Hymnus Esa. 7 B

Aue maris stella/ dei mater alma/ atqꝫ semper virgo/ felix celi porta.

Sumẽs illud aue gabrielis ore fũda nos in pace/ mutans nomẽ eue.

Solue vincla reis/ profer lumen cecis: mala nostra pelle/ bona cũcta posce.

Mõstra te esse matrem/ sumat per te precem/ qui pro nobis natus/ tulit esse tuus.

Uirgo singularis/ iter omnes mitis/ nos culpis solutos/ mites fac ⁊ castos.

Uitam presta puram/ iter para tutum/ vt videntes iesum/ semper col

letemur.

Sit laus deo patri: sūmo christo decus: spiritui sancto trinus honor vnus. Amen. ℣. Rorate celi desuper & c. Ingressus angelus ad mariam dixit: Aue maria gratia plena dominus tecum. ℣. Magnificat anima. Oratio.

Deus qui de beate marie virginis vtero/ verbum tuum angelo nūciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eam dei genitricem credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundē. Si hoc festū in .xl. contigerit fiat tunc solennis memo. de ieiunio ad vtrasqʒ vesperas & ad mat. Cōpl. xl. non mutatur nisi ꝙ in fine hyñi. dicit. Gloria tibi domine qui natus. quando extra passio. dñi cōtige. Ad mat. inuit. Aue gratia plena dñs tecū. Benedicta tu in mulierib⁹. ps. Venite. Hymn⁹

Quem terra pōtus ethera: colunt adorant predicant: trinam regētem machinam / claustrū marie baiulat.

Cui luna sol et omnia deseruiunt per tēpora: perfusa celi gratia: gestant puelle viscera.

Beata mater munere: cui⁹ supernus: artifex mundum pugillo cōtinens: vētris sub archa clausus est.

Beata celi nuncio: fecunda sancto spiritu: desideratus gentibus: cuius per aluum fusus est.

Gloria tibi dñe: q̄ natus es de virgine cū pře. In .j. noc. añ. Prophete predicauerunt nasci saluatorem de virgine maria. ps. Domine dominus noster. añ. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra & germinet saluatorē. ps. Celi enarrāt. añ. Egredietur virga de radice iesse: et replebitur omnis terra gloria dñi: & videbit omnis caro salutare dei. ps. Dñi est terra. ℣. Ex syō species decoris eius. ℟. Deus noster manifeste veniet. Lectio prima.

Ingressus angelus ad mariam dixit. Aue gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus. Que salutatatio quātum humane consuetudini inaudita est: tantū et beate marie dignitati cōgrua. ℟. Ingressus angelus ad mariā ait. Aue maria gratia plena dñs tecū. ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Aue. Lect. ij.

Vere etenim gratia erat plena cui diuino munere collatū est: vt prima inter feminas gloriosissimū deo virginitatis munus offerret. Unde iure angelico aspectu simul et affatu meruit perfrui: q̄ angelicā studuit imitari vitam. ℟. Suscipe verbū virgo maria qđ tibi a dño per angelum trāsmissum est: cōcipies per aurē deū paries et hominē. Vt benedicta dicaris inter oēs mulieres. ℣. Paries qui dē filiū: sed virginitatis nō patieris detrimētū: efficieris grauida et eris mater semper intacta. Vt benedicta. Lectio. iij.

Vere gratia erat plena cui ipsum per quē gratia et veritas facta est iesum christum generare donatum est. Et ideo vere dominus cū illa erat quam & prius nouo castitatis amore a terrenis ad celestia desideranda sustulit. Et post modum mediāte humana natura: omni plenitudine diuinitatis cōse-

3 travit. R. Maria ut audivit turbata est in sermone angeli. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. V. Quomodo fiet istud ait maria quia virũ nõ cognosco. Et cogitabat. Gloria. Et cogi. ¶ In .ij. noc. a. Ecce veniet deus et homo de domo david sedere in throno in eternũ. ps. Eructavit. a. Super soliũ david et super regnũ eius sedebit in eternũ. ps. Deus noster refu. a. Sup te hierusalẽ orietur dñs ⁊ gloria eius in te videbitur. ps. Fundamẽta. V. Egredietur virga de radice iesse. R. Et flos de radice eius ascẽdet. Lec. iiij.

Vere benedicta inter mulieres que sine exemplo muliebris conditionis cum decore virginitatis gavisa est honore parentis quodq; virginem matrem decebat dei filium procreavit. Que postq̃ more humane fragilitatis et visione angelica ⁊ insolita est salutatiõe turbata: mox idem angelus eã repetito sermone: ne timeat hortatur.
4 R. Dixit angelus ad mariam: ne timeas maria. Invenisti gratiã apud deũ. V. Ecce cõcipies et paries filium et vocabis nomen eius iesum. Invenisti. Lectio quinta.

Quodq; maxime timorẽ pellere consuevit: quasi bene cognitam ad domesticã proprio nomine eam vocat. Et quare gratiã plenam diceret: diligenter edocet. Ne timeas inquit maria: invenisti gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filiũ: ut vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus ⁊ filius altissimi vocabit'. R. Ecce con-
5 cipies et paries filium. Et vocabitur nomen eius iesus. V. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur: ⁊ dabit illi dñs sedẽ david patris eius. Et. Lec. vi.

Notandus solerter ordo verborum: ⁊ tãto artius est cordi inserendus q̃to manifeste patet q̃ in his tota redẽptionis nostre summa consistit. Nam manifestissime dominum iesum: id est salvatorem nostrum et verum dei patris: et verum hominis matris filium predicavit. Ecce inquit concipies in utero et paries filium. Agnosce verũ hunc hominem veram de carne virginis assumpsisse substantiam carnis. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Confitere eundem etiam verum deum de vero deo: et eterno patri filium esse semper coeternum. R. Dabit illi dominus deus se- 6
dem david patris eius. Et regnabit in domo iacob in eternũ. V. Et regni eius nõ erit finis. Et reg. Gloria. In eter. ¶ In iij. noc. a. Benedicta tu in mulieribus ⁊ benedictus fructus ventris tui. ps. Cãtate. a. Dabit ei dominus deus sedẽ david patris eius: ⁊ regnabit in eternũ. ps. Dñs regna. exul. an. Beata es maria que credidisti perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. ps. Cantate. ij. V. Egredietur dominus de loco sancto suo. R. Veniet ut salvet populum suũ a peccatis eorum. ¶ Secundum lucam. i.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in civitatem galilee/ cui nomen nazareth ad virginem desponsatam viro: cui nomẽ erat ioseph de domo david et nomẽ virginis maria. Et reliqua.

Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio septima.

Idcirco angeli privatis nominib9

cēsentur: vt signetur per vocabula
etiam in operatione quid valeant.
Neqꝫ enim in illa sancta ciuitate quā
diuisione oīpotentis dei plena sciē-
tia perficit: idcirco propria nomina
sortiūtur ne eorum persone sine no
minibus scire nō possint. Sed cum
ad eos aliquid ministraturi veniūt
apud nos etiam nomina a ministe-
rijs trahunt. ℟. Quomodo fiet istud
7 respondit maria quia virum nō cognosco
angelus ad hec. Spiritus sanctus superue
niet in te et virtus altissimi obumbrabit ti
bi. ℣. Ideo quod nascetur ex te sanctū vo-
cabitur filius dei. Spiritus. Lect. viij.

AD mariam ergo virginem
gabriel mittitur qui dei for
titudo nominatur. Illū quippe ve-
niebat nunciare: qui ad debellādas
aereas potestates humilis appare
re dignatus est. De quo per psalmi
stā dicitur. Dominus fortis et po-
tens: dominus potens in prelio. Et
rursum. Dominus virtutum ipse
8 est rex glorie. ℟. Dixit autē maria ad
angelum: ecce ancilla domini. Fiat mihi se
cundum verbum tuum. ℣. Spiritus san-
ctus superueniet in te: cū respondisset an-
gelus ait maria. Fiat mihi. Lectio. ix.

PEr dei fortitudinē ergo nun
ciandus erat: qui virtutum
dominus et potens in prelio contra
potestates aereas ad bella venie-
bat. Ad virginem desponsatam vi-
ro cui nomen erat ioseph de domo
dauid: et nomen virginis maria.
Multas ob causas saluator non de
simplici virgie: sed de despōsata vo
9 luit nasci. ℟. Christi virgo dilectissima
virtutū operatrix opē fer miseris. Sub-
ueni dña clamātib⁹ ad te iugiter. ℣. Quo
niam peccatorū mole premimur: ꝛ non est
qui adiuuet. Subueni. Gl'ia. Subueni. ℣.
Emitte agnū dñe dñatorem terre. ℟. De
petra deserti ad mōtem filie syon. ¶ In
laudi. añ. Angelus dñi nunciauit ma- 1
rie: et cōcepit de spiritu sancto. ps. Dñs
regnauit. A. Ne timeas maria inuenisti 2
gratiā apud dominū: ecce concipies et pa-
ries filiū. ps. Jubilate. A. Quomodo fi 3
et istud angele dei quia virū in concipien-
do nō pertuli: audi maria virgo christi spi
ritus sctūs superueniet in te: ꝛ virtus al-
tissimi obumbrabit tibi. ps. Deus deus
meus. A. Spiritus sanctus in te descen-
det maria ne timeas habens in utero filiū 4
dei. ps. Benedicite. A. Ecce ancilla dñi
fiat mihi secundū verbū tuum. ps. Lau 5
date. Hym. Ecce virgo. Hymnus.

O Gloriosa femina / excelsa su-
pra sydera: qui te creauit pro
uide: lactasti sacro vbere.
Quod eua tristis abstulit: tu red-
dis almo germine: intrent vt astra
flebiles / celi fenestra facta es.
Tu regis alti ianua / et porta lucis
fulgida: vitam datam per virginē:
gentes redempte plaudite.
Gloria tibi dñe. ℣. Elegit eā. A. Mis-
sus est gabriel angelus ad mariam virgi-
nem desponsatam ioseph. ps. Benedict⁹
oro. Deus qui de beate. ¶ Ad pri-
mā. añ. Angelus dñi. ps. Deus in noīe.
añ. Gratias tibi. ps. Quicūqꝫ. Ad .iij
A. Ne timeas. ps. Legem pone. Hym.
Ecce virgo. ℟. Diffusa. ℣. Specie tua
Oratio vt s. ¶ Ad. vj. añ. Quomodo
fiet. ps. Defecit. Capitulū Esaye. xj
EGredietur virga de radice ies- A
se: et flos de radice eius ascē

det/ et requiescet super eũ spirit⁹ do
mini. R. Specie tua. V. Adiuuabit eam
¶ Ad nonam añ. Ecce ancilla. P. Mi-
rabilia. Capittulum. Esaye. xxvj.
Egredietur dominus de loco
sancto suo veniet vt saluet po
pulum suum R. Adiuuabit. V. Elegit
Ad secundas vesperas. añ. Angelus
domini. ps. Dixit dominus. Confite
bor. Beat⁹ vir. De profundis. Me
mento. cpm. Ecce virgo. R. Quomo
do fiet. hy⁹. Aue maris stella. V. Ele
git eam. Añ. Virgo dei genitrix ex qua lux
oriri dignata est eterna: intende supplicũ
tuorum preces seruorum: vt per tua san-
cta suffragia mereantur possidere regna
celestia. ps. Magnificat. oratio vt su
pra. Quando hoc festũ in aliqua do
minica. xl. contigerit semper diffe-
ratur in crastinum nisi festum loci
fuerit: tũc non debet differri nisi in
dominica passiõis vel ramispalma-
rum contigerit. Si vero in aliquo
sabbato quadragesime hoc festum
euenerit: semper vltime vespere de
sancta maria fient: et solemnis me-
moria de sequenti dominica/ nisi in
sabbato passionis dñi/ et etiã in sab
bato palmarum: tunc enim dicun-
tur vespere de dñica et solemnis me
moria de festo. Cum autem in. ii. fe
ria hoc festum annũciationis beate
marie celebratur: semper in domi-
nica erunt vespere de festo/ et solen
nis memoria de dñica. Quãdo ve-
ro infra passionẽ domini euenerit:
semper fiat festũ cum Gloria patri.
et neuma et R. Iesu christe. Et cũ isto
V. Qui de virgine. Tamẽ infra. xl. cõ-
pletoriũ. xl. non mutatur. Si vero
in. iiij. feria proxima ãte pascha con
tigerit ibidem solemniter celebre-
tur. vltime tamen vespere non de
festo sed de feria erunt: et solennis
memoria de festo. Similiter fiat si
festũ sctĩ ambrosij in predicta. iiij.
feria euenerit sicut ibidem supradi
ctũ est. Si vero in. v. feria in cena
dñi vel in duobus diebus sequenti
bus: vel in ebdomada pasche hoc fe
stũ contigerit differatur festũ vsqz
post octauas pasche: vbi conuenien
tius in ipsa ebdomada possit cele-
brari: scilicet vbi possit habere suas
vtrasqz vesperas. Similiter fiat
de ceteris festis duplicibus vt su-
pradictis tẽporibus contingẽtibus
¶ In paschali tempore hoc modo
fiat seruitiũ. Ad vtrasqz vesperas
omnia fiant sicut prenotatũ est: ex-
cepto qꝫ hic fiat solemnis memoria
de resurrectione: et R. et añ. tã ad
vesperas qꝫ ad matut. cum Alleluya
finiatur. Complet. vero paschalis
temporis non mutatur nisi qꝫ in fi-
ne hymni dicatur Gloria tibi domi
ne qui natus. scilicet post. V. Que-
sumus auctor omniũ. Similiter fi
at in fine omniũ hymnorũ eiusdem
metri ad matut. et ad vespas et ad
alias horas huius diei. ¶ Ad matu
ti. inuit. Aue maria. ps. Venite. hy⁹.
Quem terra. Tres prime añe cum
suis ps dicantur: et finiantur cum
Alleluya. V⁹. Ex syon species. Euan-
gelium secundum Lucam. In il-
lo tempore. Missus est angelus. R.
Ingressus angelus R. Dixit autem. R.
Christi virgo. ps. Te deum. V. Emit-
te agnum. In laudibus omnia fiãt vt

supra. Oro. de resur. et finiatur omnes ae et R. cu Alla. cpz et cetera vt supra dictu est. ¶ Sancti richardi episcopi et confessoris Oratio.

Deus qui ecclesia tuam meritis beati richardi cofessoris tui atqz pontificis fecisti miraculis choruscare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsius intercessione ad eternam beatitudinis gloriam peruenire. Per dominum ¶ Cetera de communi vnius cofessoris et pontificis cum .ix. lectionibus de communi: si ante passionem euenerit. Si vero infra passionem contigerit nihil fiat de festo. Cum aute in octauis pas. forte cotige. differatur vsqz in tertiam feriam sequentem. et fiant ibi tres lectiones cum reginune chori. Et ad secundas vesperas tunc de sancto ambrosio fiat solemnis memoria de sancto richardo. Oratio vt supra.

¶ Sancti ambrosij epi et confesso. atqz doctoris dup. festu. Ad vespas Cpm. Ecce sacerdos magn9. Oro.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum ambrosium ministru cocessisti: presta quesum9 vt quem doctore vite habuimus in terris: intercessore semper habere mereamur in celis. Per. Vbicunqz hoc fes. euene. sub regula festi annunciatiois bte marie celebretur: sicut ibidem prenotatum est. Lectio .j.

Ambrosius rome natus: et disciplinis liberalibus decenter eruditus iuxta parentu suorum nobilitatem: ad regedum liguriam et emiliam prouincias consulari dignitate est promotus. Eo tepore in vrbe mediolana mortuo auxencio arrianorum episcopo: cu de substituendo inter catholicos et arrianos orta esset sedicio: ambrosius adhuc cathecuminus pro eisde sedandis ibi aduenit Lectio secuda

Et dum plebe alloqueretur: subito vox infatis sonuit in populo: ambrosiu episcopu. Mox oes incredibiliter vnanimi cosensu ambrosiu sibi acclamant dari episcopum. Jussu ergo imperatoris quis multum renitens et effugere laborans: ambrosius capitur et baptizat. Octaua vero die cum summa leticia cunctoru episcopus est ordinatus. Qui statim omnia que in auro et argento habere potuit: ecclesie dei et pauperibus tribuit. Lectio tertia.

Erat aute venerabilis episcopus multe abstinetie ac vigiliaru quotidiano ieiunio maceras corp9. Erat qz pro pauperib9 et captiuis nimiu sollicitus atqz in orado assiduus: et in diuinis rebus impledis fortissimus. Eo tepore roma adies queda paralitica ad eu se portari fecit: atqz orati et imponeti sibi manus vestimenta attigit. Que cum oscularetur: statim sanitate recepta / ambulare cepit. Lectio quarta.

Tractante quadam die sancto ambrosio verbu dei in ecclesia: quidam acerrimus arrianoru sectator / angelu ad aures sancti episcopi tracta tis vidit loquente quasi qui sibi indicaret quid populo nunciare deberet: quo viso ad fidem catholica se contulit: et quam expugnabat / de-

sedere cepit. Lectio quinta.

Quiusdã clarissimi viri filius apud quem vir sanctus hospitabatur in ciuitate florentina: subita infirmitate defunctus est Quem mater fide plena: in lecto eius imponẽs qui fidem matris intelligẽs orãdo promeruit vt viuũ matri redderet quẽ mortuum inuenit. Lectio sexta.

Cum vir sanctus quadragesimũ tertiũ psalmũ tractauit: exceptore eius presente: subito in modum scuti breuis ignis super caput eius resplẽduit: atq; per os ei9 visus est ingredi. Postea vero facies eius tãq̃ nix incanduit. Ex quo quidẽ spirit9 sancti gratiã in eum venisse sine dubio cognosci potuit. Paschali solennitate appropinquãte vir sanct9 infirmitate captus: post orationem vidit christũ ad se venientẽ et parum ante lucẽ die sabbati pasche sumpto christi sacramento spiritũ exalauit. Tres vltime lect. de expositiõe euãgelij. Secundũ Matheum. v.

B In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Vos estis sal terre. q̃ si sal euanuerit in quo salietur Et reliqua. Omelia excerpta de diuersis tractatibus. Lectio septima

Predixerat dñs discipulos suos pro sui nominis confessione persecutionem passuros. Et vt eos consolaretur subiunxit dicens. Vos estis sal terre. Acsi diceret. Illi persequentur: sed nolite timere quia sal terre vos eritis. Lectio octaua.

Per sal autẽ celestis sapientia designatur. Sal autẽ per aquã et ardorẽ solis et flatũ vẽti ex altera natura commutatur in alterã. Sicq; apostoli et apostolici viri / per aquã baptismatis et ardorem fidei et per flatum venti: id est donum spirit9 sancti: ex terrena generatiõe in spiritualem sunt cõmutati. Lec. ix.

Salis natura hec est: humores exsiccat: fetorem aufert: vermes procreare nõ sinit. Ita & celest; sapiẽtia carnaliũ delectationũ humores exsiccat: male cõuersationis fetorem aufert / libidinose cogitationis vermes procreare nõ sinit. Illum vermem extinguit: de quo esayas ait. Vermis eorũ nõ morietur: et ignis eorum nõ extinguetur. ℟. & cetera de cõi vnius cõfessoris et ponti. In laudi. cpm. Benedictionẽ. Post pascha. tamẽ dicit in lau. cpm. Ecce sacerdos. ¶ Ad secũdas vespas dicitur. ℟. Sãcti N. christi cõfessor. Quãdo vero post pas. hoc fes. cõtige. fiãt tres lec. de sex proprijs lect. scti ambrosij: et legantur bine et bine. Similiter fiat de sctõ dunstano / aldelmo / augustino anglorũ apostolorũ & similib9. Ad ves. in pas. tpe. ℟. Filie hierusalẽ. Cetera oĩa de cõmuni vnius cõfesso. et ponti. pascha. tpis

¶ Sanctorũ tyburtij et valeriani martyrũ sine regimine chori. Orõ.

Presta quesum9 omnipotẽs deus: vt qui sanctorũ martyrũ tuorũ tyburtij et valeriani atq; maximi solennia colimus eorũ etiã virtutes imitemur. Per dominũ.

¶ Et notandum est q̃ omnia festa iij. lect. sine regimine chori ab octauis pasche vsq; ad pentheco. habent inuitatoriũ duplex. Lectio prima.

Valerianus atque tyburtius frater eius cum per predicationem bte cecilie credidissent in dnm: et a papa urbano baptizati fuissent: iussi sunt ab almachio pfecto aut sacrificare: aut capitalem subire sententiam. Qui cum sacrificare nollent: a maximo cornicularlo ducti sunt ad locum certaminis. Lectio. ii.

Cumque increpasset eos quod ad epulas italeti mortis festinarent: dixit ei tyburtius. Nisi pro certo sciremus alteram vitam esse perpetuam numquam nos istam amittere gauderemus. Dixit ei maximus. Si possem apud me certum habere quod loqueris: optarem et ego istam vitam contemnere. Lectio tertia.

Valerianus dixit ei. In hora qua corpore exuemur: aperiet tibi dominus oculos tuos et videbis cum quanta gloria vita illa suscipietur. Impetratoque a carnificibus unius diei spacio: per predicationem eorum maximus cum omni domo sua: et ipsi carnifices crediderunt: et sancta cecilia baptizati sunt: et simul martyrio coronantur. Cetera de communi plurimorum martyrum pasc. tpis.

¶ Sancti alphegi episcopi et martyris. Cpm. Omnius potifex. tres lectiões de cõi sine regi. chori. Oro

Deus qui beatum alphegum confessorem tuum sacerdotii dignitate et palma martyrii decorasti: concede propicius: ita nos apud te eius intercessionibus adiuvari: ut cum eo possimus in eterna felicitate letari. Per. Cetera de cõmuni unius martyris et pontificis pasch. tpis cum Cp. et lectionibus uni⁹ martyris et põti. alteri⁹ tpis.



¶ Scti georgii martyris. iii. lectiões cũ regimine chori dupl. festum. Capitulum. Iste sctus p le. Oro

Deus qui nos beati georgii martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propicius: ut qui eius beneficia poscimus: dono tue gratie consequamur. Per. Lectio prima.

Sanctus et verus dei cultor georgius capadocie regionis oriundus: cum videret multos deum blasphemantes: et cum daciono demones adorantes spiritu scto repletus in hanc vocem prorupit. Omnes dii gentium demonia: dns autem celos fecit. Dacianus ait ei. Qua temeritatis audacia nobis iniuriam irrogans deos nostros demonia vocas. Fatere tamen ex qua prouincia huc aduenisti: vel quo nomine voceris. Lectio secunda.

Sanctus georgi⁹ dixit. Christianus et dei servuus sum. Georgius nuncupor: genere capadocus patrie mee comitatum gerens. Elegi vero tẽporali dignitate carere: et immortalis dei iperio deseruire. Dacianus ait ei. Erras georgi. Accede et immola deo appollini. Beat⁹ georgius respondit. Domino enim meo iesu christo exhibeo culturam regi omnium seculorum: non appollini auctori demoniorum. Lec. iii.

Iratus dacianus iussit sanctum

georgiã iussit in equuleo leuari: et extẽsum membratim vngulis lacerari. Deinde lateribus eius lampades ardentes applicari. Salem vero in vulnere aspergi: et celicio plagas eius fricari. Plumboqꝫ bulliẽti georgium immitti: extractumqꝫ per vicos vt reum fecit trahi. Cum qꝫ traheretur ad locũ supplicij / flexis genibus gratias egit deo: et sic capitalẽ pro christo subijt sentẽtiã. Cetera de communi vnius martyris paschali temporis. Si hoc festũ in octa. pasc. contige. differatur in crastinum et in dñica scda ves. erũt de festo et fiat solennis memoria de dñica / ꝛ de resurrectiõe. Similiter fiat tũc ad .j. vespas de sctõ marco.

¶ Sãcti marci euangeliste .iij. lectiones: duplex festum. Ad vtrasqꝫ vesperas ꝛ ad matutinas / ꝛ ad terciam. Capitulũ. Ad ephesios .iiij.

V Nicuiqꝫ vestrũ data est gratia secundũ mẽsurã donatiõis christi: ꝑpter quod dicit: ascẽdens xp̃s in altũ / captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hoibus. Orõ.

Deus qui beatum marcũ euangelistam tuum euangelice predicationis gratia sublimasti tribue q̃sumus / eius nos semper et eruditione proficere: ꝛ oratione defendi. Per dominũ Ad matutinas tres psalmi dicũtur de apostolis secundũ ordinem nocť. Lectio prima

Beatus marcus euãgelista ab egypti partibus alexandriam proficiscens mox vt ingressus est ciuitatẽ calciamẽtum eius disruptum est: hoc ipse intelligẽs ait. Uere iter meũ expeditũ est Tradidit autẽ calciamentũ suũ cuidã sutori. Qui dũ emẽdare cepisset calciamẽtum grauiter vulnerauit manũ suã: ꝛ exclamauit. Unus est deus. Beat⁹ ergo marcus gaudẽs expuit in terrã / lutoqꝫ facto in noie christi liniuit manũ eius. Quo viso sutor ille noie anianus: cũ omni domo sua baptizatus est. Lectio scda

¶ Cũqꝫ beatus marcus ad fidẽ christi multos cõuertisset querẽtib⁹ eũ ciuibus apprehendere: aniã nũ ordinauit epm / ꝛ pẽthapolim perrexit. Ordinatisqꝫ ibi episcopis ꝛ clericis post bienniũ alexãdriã redijt. Lc. iij

